Balsamo et de Notaris

PRODROMUS
BRYOLOGIÆ MEDIOLANENSIS

AUCTORIBUS

JOSEPHO BALSAMO M. D.

ET

JOSEPHO DE NOTARIS M. D.

MEDIOLANI

EX TYPOGRAPHIA FELICIS RUSCONI

M.DCCC.XXXIV

APUD ALOYSIUM DUMOLARD ET F.

PRODROMUS

BRYOLOGIÆ MEDIOLANENSIS

97

PRODROMUS

BRYOLOGIÆ MEDIOLANENSIS

AUCTORIBUS

JOSEPHO BALSAMO M. D.

IN LYCEIS PATRIIS HIST. NATUR. PROF. SUPPL.

ET

JOSEPHO DE NOTARIS M. D.

MEDIOLANI

EX TYPOGRAPHIA FELICIS RUSCONI

M.DCCC.XXXIV

« Ce n'est guère que de la part de Naturalistes que les Mousses obtiennent la « considération qu'elles meritent : le vulgaire les regarde avec dedain parce qu'elles « sont trop communes, et qu'elles n'étalent point à ses yeux l'éclat brillant des fleurs « de nos partèrres : mais aussi elles n'en ont point l'existence éphémère, et elles nous « offrent des avantages bien superieurs au luxe de ces fleurs qui ne durent qu'un « jour. »

Lam. *Encyclop. méth.*, *édit. de Padoue*, *vol.* 4, *p.* 314.

PRÆCLARISSIMÆ

ELISABETHÆ COMITISSÆ FIORINI-MAZZANTI

BRYOLOGIÆ ROMANÆ AUCTORI

IN PLURES ACCADEMIAS COOPTATÆ

JOS. BALSAMO ET JOS. DE NOTARIS

D. D. D.

****

PRÆFATIO

Prodromus Bryologiæ Mediolanensis offert Muscos in Mediolanensi Provincia lectos ab initio 1832 usque ad exitum 1833. Fines quos nobis hic et nunc proposuimus peragrandos sunt: Orientem versus Abdua a pago *Cassano* usque ad *Brivio*, ad Occidentem Ticinus et Verbanus a *Boffalora* usque ad *Angera*; Septentrionem versus colles finitimæ Provinciæ Comensis, inter quos celeberrimum illum montem *le Corna di Canzo* nuncupatum et montem Sancti *Salvatoris* supra *Erba* recepimus, exemplo innixi Clarissimorum Botanicorum qui sub tractus contermini

nomine, unam vel aliam plagam extra limites sibi propositos susceperunt. Meridiem versus paulo ultra limites culturæ Oryzæ præfixos pervenimus. Numerus specierum in hac opella nostra enumeratarum est valde conspicuus ratione habita regionis quam peragravimus, ubi nisi excipias immissos montes *Canzo* et Sancti *Salvatoris*, paludes ad ripas lacuum et sylvas Ticini, reliquum territorium constituunt aridi colles, inamaena et aridissima ericeta (*Brughiere*), agri, vineae, prata, in quibus plantulæ nostræ raro hospitantur.

Flora Veronensis, exempli gratia, quæ Flora Italiæ Septentrionalis jure meritoque appellatur, quæ nivibus æternis coronata editissima alpium juga montes fere innumeros, innumerosque colles, Apenninum Vallemque uliginosam Padi, quin imo Tyrolim, integramque Etruriam amplectitur, centum et septuaginta quinque circiter Muscorum species describit, quem numerum parvi esse momenti, qui Alpes her-

bas legendi causa una tantum vice salutavit, jam pro certo habet. Nil dicimus de Flora Aconiensi, Ticinensi, Veneta, etc., nam in illis operibus Muscorum numerus tam exiguus est ut non immerito dicamus Botanicos illos pulchram hanc rei herbariæ partem nimium neglexisse, vel saltem oculis caruisse, etenim non est mons, non collis, non sylva quæ muscorum copiam longe majorem quam in illis operibus enumeratur non alat.

Quamvis autem in Veronensi Flora citentur species Universae Borealis Italiæ, fatemur hoc opus nobis parvum attulisse opem, nam Pollinius plures induxit species auctoritate frætus illorum Botanicorum qui Florulas partiales superius allatas ediderunt, quibus quanta sit fides habenda, Botanici facile dijudicare possunt. Addimus insuper quod species illæ quas Pollinius circa Mediolanum crescentes designat sunt et contrario illæ quæ nostris hucusque oculis oblatæ non fuerunt dum

aliæ permultæ quas celeb. Botanicus omisit in opere laudato apud nos vulgatissimæ ubicumque occurrunt. Tales sunt: *Polytrichum aloides, Neckera cladorhizans, Hypnum medium, Schreberi, squarrosum, stellatum, pulchellum, Dicranum undulatum, Didymodon rigidulum, Orthotrichum Hutchinsiæ, pumilum, Phascum serratum*, etc. etc., sed de hoc lectores admonuisse sufficiat.

In ordinandis muscorum generibus celeber. Arnott secuti sumus, ordinem tamen invertere nobis placuit, et cl. Duby, paucis mutatis, vestigia secuti sumus. Genera adhibuimus qualia proposuerunt auctores Clarissimi Muscologiæ Britannicæ Hooker et Taylor, arbitrantes, genera Schwægrichenii, Brideliique nimis minuta et difficilia evadere, sæpissimeque characteribus ludibundis et facile prætervidendis innixa.

In determinandis speciebus Auctores omnes quos habuimus sedulo consulere

decrevimus, plantas nostras cum tabulis præstantioribus comparavimus imo et cum speciminibus siccis Brebissonii, Schleicherii, Funkii, quandoque etiam cum exemplaribus Hedwigianis authenticis extantibus in ditissimis herbariis Cl. Professoris Janii. Phrases diagnosticas propio marte et ad vivam naturam concinnavimus, ita ut errores si qui irrepserint facile a Bryologis deprehendantur.

Varietates in speciebus polymorphis tantum adoptavimus ubi characteribus firmis distinguuntur, reliquæ minus constantes cum speciebus singulis quibus referuntur confundere, nobis visum est. Nec furor ille specierum numerum augendi, illa rabies labores et observationes aliorum spernendi nos incessit, præcepta summorum Botanicorum sedulo ante oculos habuimus, sancte venerati sumus.

Nihilominus temerarium foret asserere nos omnes species exacte ad propiam sedem retulisse; arduum est opus, propia-

que experientia edocti subscribimus sententiae Summi Viri Botanicorum Italorum facile Principis, qui in sua Praefatione ad Floram Italicam: « Fortunatus, inquit, « ille dicendus est qui in hac re minus « erraverit. »

Quod si hocce nostrum tentamen Botanici benigne accipiant, et nos consilio adjuvare dignentur, meliora adgrediemur, Universae Longobardiae Bryologiam ad finem perducentes cui scopo jam plura collegimus; atque omnibus viribus summaque alacritate contendimus.

Dabamus Mediolani, die xxx Decembris 1833.

CLAVIS

ANALYTICA GENERUM.

1	Peristoma duplex.		2
	Peristoma simplex		10
	Peristoma nullum.		22
2	Peristoma interius membrana horizontalis dentium apicibus connexa	POLYTRICHUM	I
	Peristoma interius cilia aut dentes		3
3	Seta terminalis		4
	Seta lateralis		7
4	Calyptra mitræformis		5
	Calyptra dimidiata		6
5	Capsula pyriformis calyptra basi ventricosa tetragona	FUNARIA	III
	Capsula non pyriformis calyptra non ventricosa quandoque pilis rectis hispida	ORTHOTRICHUM	XIX
6	Capsula globosa, peristoma interius membrana in laciniis 16 æqualibus bifidis divisa	BARTRAMIA	II
	Capsula non globosa peristoma interius laciniæ 16, aut plures basi membrana coalitæ	BRYUM	IV
7	Calyptra mitræformis	FONTINALIS	VII
	Calyptra dimidiata		8

8	Peristoma interius cilia		9
	Peristoma interius membrana in 16 segmenta divisa ciliis interdum interjectis.	Hypnum	VIII
9	Cilia cum dentibus alternantia	Neckera	VI
	Cilia e dentium latere procedentia	Anomodon	V
10	Calyptra dimidiata		11
	Calyptra mitræformis		16
11	Seta laterali		12
	Seta terminalis		13
12	Peristomii dentes 32 per paria coaliti	Leucodon	X
	Peristomii dentes 16. . . .	Pterogonium	IX
13	Peristomii dentes spiraliter torti	Tortula	XI
	Peristomii dentes recti.		14
14	Dentes 16 aut 32 per paria approximati	Didymodon	XII
	Dentes 16 æquidistantes		15
15	Dentes 16 bifidi	Dicranum	XIII
	Dentes 16 integri.	Weissia	XIV
16	Peristoma membrana conoidea truncata plicata	Diphyscium	XXI
	Peristoma cilia aut dentes		17
17	Dentes 32 apice contorti basi anastomosantes	Cinclidotus	XVII
	Dentes 8, aut 16, aut 32 recti liberi		18
18	Dentes apice bifidi	Thesanomitrion	XV
	Dentes integri vel bipartiti		19
19	Calyptra extinctoriiformis capsulam vestiens.	Encalypta	XVI
	Calyptra non extinctoriiformis capsulæ brevior		20
20	Dentes 8 trilineati aut 16 unilineati.	Orthotrichum	XX
	Dentes 16 non lineati		21

21	Dentes 16 bipartiti aut 32 per paria approximati. . . .	TRICHOSTOMUM	XVIII
	Dentes integri aut perforati .	GRIMMIA	XIX
22	Operculum deciduum		23
	Operculum persistens . . .	PHASCUM	XXVI
23	Calyptra irregulariter fissa nunc basi capsulæ adnata nunc transversim dehiscens. . . .	SPHAGNUM	XXV
	Calyptra mitræformis aut dimidiata		24
24	Seta lateralis	HEDWIGIA	XXII
	Seta terminalis		25
25	Calyptra mitræformis . . .	ANICTANGIUM	XXIII
	Calyptra dimidiata	GYMNOSTOMUM	XXIV

POLYTRICHOIDEÆ. *Arn. disp. meth.* *p.* 316.

1. POLYTRICHUM.

Schreb. gen. pl. p. 762. *Hedw. fund. musc.* 2, *p.* 90. *Brid. muscol.* 2, *p. I, p.* 80. *Arn. disp. meth. p.* 318. *Schwægr. sp. musc. I. p.* 1. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 42, *tab.* 1. *Dub. bot. gall. p.* 546.

Polytrichum et Catharinea. *Ehrh. Web. et Mohr. Brid.* Polytrichum et Oligotrichum. *DC.* Polytrichum, Pogonatum et Atrichum. *Pal. de Beauv.*

Seta terminalis : peristoma duplex exterius dentibus triginta duobus, vel sexaginta quatuor brevibus, incurvis aequidistantibus ; interius membrana horizontalis densa dentium apicibus connexa; calyptra dimidiata parva pilis numerosis ab apice ad basim directis indusiata, interdum simplex.

Membranam quam cum Swartz et Duby habemus pro interno peristomio a plerisque muscologis tamquam organon peculiare consideratur et epiphragma dicitur.

Sect. I. Polytrix. *Dub. bot. gall. p.* 546.

Calyptra duplex, exterior pilosa, capsula apophysi instructa.

+ Foliorum marginibus involutis.

1. Polytrichum juniperinum.

P. Caule erecto elongato simplici, foliis patentibus e basi lata lanceolato-linearibus in mucronem denticulatum productis, marginibus involutis integris, carina scabris, capsula ovata tetragona, apophysi depressa, operculo brevissime conico.

Polytrichum juniperinum. *Hedw. sp. p.* 89, *tab.* 13. *Brid. meth. p.* 194. *Arn. disp. meth. p.* 318. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 2. *Swartz musc. suec. p.* 75. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 45, *tab.* 10. *Dub. bot. gall. p.* 546. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 311.

Polytrichum juniperifolium. *Hoffm. deutsch. fl.* 2, *p.* 24. *Web. et Mohr. bot. tasch. p.* 219. *Mart. fl. crypt. Erlang. p.* 82.

Polytrichum implicatum. *Voit musc. herbip. p.* 59.

Polytrichum commune β. *Linn. sp. p.* 1573.

Dill. hist. musc. tab. 54, *fig.* 3.

In sylvis aridis *alla Merlata* et secus *il Ticino.*

Caulis semuncialis basi trigonus uti in plerisque Polytrichis. Folia basi diaphana juniora viridia demum rufo-fusca, canaliculata, siccitate arcte appressa.

Polytrichum strictum. Menz. quod præeuntibus Web. et Mohr. Cl. Auctores muscol. brit. cum nostro conjunxerunt, differt ex Schwægr. caule ramoso gracili capsulaque cuboidea subappendiculata, characteres vero parvi momenti.

2. Polytrichum piliferum.

P. Caule brevi simplici basi nudo, foliis erecto-patentibus lanceolato-linearibus marginibus involutis integris piliferis, capsula tetragona ovata, apophysi depressa, operculo conico rostrato.

Polytrichum piliferum. *Schreb. spicil. fl. Lips. p.* 74. *Hedw. fund. musc.* 2, *p.* 90. *Ejusd. sp. p.* 90. *Brid.*

meth. p. 196. *Arn. disp. meth. p.* 319. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 4. *Swartz musc. suec. p.* 76. *Web. et Mohr. bot. tasch. p.* 218. *Voit musc. herbip. p.* 59. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 44, *tab.* 10. *Mart. fl. crypt. Erlang. p.* 82. *Dub. bot. gall. p.* 546. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 315. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. I, n.* 1.

Polytrichum Hoppii. *Hornsch. in diar. bot. Ratisb.* 2, *p.* 56 *et* 105. *Schleich. exsicc.*

Polytrichum commune *y. Linn. sp. p.* 1573.

Dill. hist. musc. tab. 54, *fig.* 3. *Vaill. bot. paris. tab.* 23, *fig.* 7 ?

In locis apricis collium prope *Sesto-Calende* et in ericetis supra *Bollate.*

Caulis in planta sicca clavatus semiuncialis. Folia siccitate appressa rufo-fusca lævia, pilus serrulatus, capsula primum erecta dein maturitate cernua. Calyptra in plantis nostris aurantiaco-badia.

Polytrichum Hoppii. Hornsch. quod cum hac specie recte conjunxit Schwægr. est ipsissima planta ludens statura paulo minore, capsulaque abbreviata uti videmus in speciminibus Schleicherianis, quem lusum in agro Mediolanensi etiam observavimus.

Iconem Botanicon Parisiensis huc trahimus innixi auctoritati Cl. Duby, sed æquo jure reduci potest ad speciem præcedentem, cum in descriptione Vaillantii nullum sit verbum de pilis quibus folia terminantur.

+ + Foliorum marginibus planis.

3. Polytrichum commune.

P. Caule erecto elongato simplici, foliis patentibus lineari lanceolatis acuminatissimis margine planis carinaque serratis opacis, perichætialibus sæpe longioribus membranaceis, capsula tetragona oblonga, apophysi depressa adnata, operculo plano rostellato.

Polytrichum commune. *Linn. sp. p.* 1573 (*excl. var.*).

Hedw. sp. musc. p. 88. *Brid. meth. p.* 197. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 6. *Swartz musc. suec. p.* 75. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 46, *tab.* 10 (*excl. var.* β). *Dub. bot. gall. p.* 546 (*excl.* β). *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 312.

Polytrichum yuccæfolium. *Ehrh. pl. crypt. exsicc. n.* 214. *Web. et Mohr. bot. tasch. p.* 221. *Voit. musc. herbip. p.* 58. *Mart. fl. crypt. Erlang. p.* 83.

Polytrichum perigoniale. *Michaux fl. bor. amer.* 2, *p.* 293. *Brid. meth. p.* 197. *Montagn. in arch. de bot. I, p.* 130, *tab.* 4, *fig.* 1.

Dill. hist. musc. tab. 54, *fig.* 1. *Vaill. bot. paris. tab.* 23, *fig.* 8.

In sylvis et ericetis collium.

Caulis a semiuncia ad trés quatuorve longus inferne nudus squamosus. Folia plus minus imbricata patenti-reflexa vel suberecta, opaca, rufescentia, perigonialia vaginantia longissima plerumque scariosa albida. Capsula parallelepida vel cuboidea interdum pentagona. Operculum mucronato-rostellatum.

Polytrichum perigoniale. Mich. quod nuperrime Cl. Montagne tamquam speciem propriam distinguere voluit, a Polytricho communi minime separari potest. Characteres quibus species illa innititur sunt parum constantes, et nos ipsi in agro Mediolanensi vidimus *P. commune* ludere foliis perichætialibus membranaceis longissimis et capsula quinqueangulari in illo eodemque loco, ubi innumera individua in normali statu læte crescebant.

Setæ varietatum majorum fistulosæ adhiberi possunt loco tuborum capillariorum.

4. Polytrichum formosum.

P. Caule elongato simplici vel ramoso erecto, foliis laxis patenti-reflexis lineari lanceolatis acuminatissimis margine planis diaphanis serratis dorso lævibus perichætialibus conformibus, capsula subtetragona oblonga

suberecta, apophysi adnata minima, operculo conico rostrato.

Polytrichum formosum. *Hedw. sp. p.* 92, *tab.* 19. *Brid. meth. p.* 197. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 7. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 15. *Web. et Mohr. bot. tasch. p.* 221. *Mart. fl. crypt. Erlang. p.* 83. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 316.

Polytrichum attenuatum. *Menz. in trans. soc. linn.* 4, *p.* 12, *tab.* 6, *fig.* 2.

Polytrichum commune *β. attenuatum. Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 47. *Dub. bot. gall. p.* 546.

Dill. hist. musc. tab. 54, *fig.* 2 (*ex Schwægr.*).

Vulgatissimum in sylvis *alla Merlata*, *Linate*, *Redecesio*, etc.

Caulis ut plurimum sesquiuncialis inferne nudus. Folia siccitate appressa involuta diaphana. Seta superne pallescens caulem æquans, capsula matura inclinata, operculi rostrum acutum.

Præcedenti certe affine, ast statura constans, habitus gracilior, foliorum indoles quæ numquam apice membranaceo occurrunt, theca elongata, apophysis minima, operculumque conico-rostratum, sunt, ni fallimur, characteres qui ad distinguendam speciem sufficiunt.

Polytrichum longisetum Swartz, quod cum hac specie conjungunt Muscologi nonnulli omisimus, nam Icon Muscol. Suecicæ cum plantis nostris haud bene accomodatur.

Sect. II. Pogonatum. *Pal. de Beauv. ætheogam. p.* 84.

Calyptra duplex exterior pilosa, capsula apophysi destituta.

5. Polytrichum urnigerum.

P. Caule e basi simplici elongato ramoso fastigiato, foliis laxiusculis erecto patentibus lanceolatis acuminatis margine planis serratis carina scabridis, capsula cylindrica erecta apophysi destituta, operculo convexo rostellato.

Polytrichum urnigerum. *Linn. sp. p.* 1573. *Hedw. sp. p.* 100, *tab.* 22, *fig.* 5—7. *Brid. meth. p.* 199. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 11. *Arn. disp. meth. p.* 319. *Swartz musc. suec. p.* 77. *Web. et Mohr. bot. tasch. p.* 226. *Voit. musc. herbip. p.* 60. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 49, *tab.* 11. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 16. *Mart. fl. crypt. Erlang. p.* 81. *Dub. bot. gall. p.* 546. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 316. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. I, n.* 2.

Polytrichum pulverulentum. *Reyn. act. Laus.* 2, *p.* 11, *tab.* 2. *Hedw. sp. p.* 91. *Schwægr. suppl.* 1. 2, *p.* 322. *Brid. meth. p.* 199.

Polytrichum axillare. *Lam. fl. fr.* 1, *p.* 43.

Polytrichum fasciculatum. *Michaux fl. bor. amer.* 2, *p.* 294. *Brid. meth. p.* 199.

Polytrichum dentatum. *Menz. trans. soc. Linn.* 4. *p.* 80. *tab.* 7. *Schwægr. suppl.* 2. 2, *p.* 11, *tab.* 155. *Ejusd. sp. musc.* 1, *p.* 12. *Brid. meth. p.* 199.

Dill. hist. musc. tab. 55, *fig.* 5. *Vaill. bot. paris. tab.* 28, *fig.* 13.

Ad latera viarum in collibus.

Caulis basi nudus uncialis vel sesquiuncialis in ramos duos aut plures supra medium divisus. Folia siccitate subsecunda falcatula glaucescentia, setæ semper terminales tres, quatuor, quinque in eadem planta plerumque biunciales, carneæ. Capsula matura fusca sub ore angustata. Calyptra pallidior quam in præcedentibus speciebus.

A nonnullis muscologis setæ immerito laterales dicuntur, cum semper terminales occurrant, errori certe ansam præbuerunt innovationes quæ sub apice ramulorum fructiferorum nascuntur, ita ut primo intuitu pedunculi axillares adparent.

6. Polytrichum aloides.

P. Caule brevi plerumque simplici, foliis lineari lanceolatis margine planis serratis obtusiusculis, carina scabris, capsula oblonga cylindrica inclinata apophysi destituta, operculo convexo rostrato.

Polytrichum aloides. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 37, *tab.* 14. *Ejusd. sp. p.* 96. *Brid. meth. p.* 200. *Arn. disp. meth. p.* 319. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 18. *Swartz musc. suec. p.* 78. *Web. et Mohr. bot. tasch. p.* 226. *Voit. musc. herbip. p.* 60. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 49, *tab.* 11. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 16. *Mart. fl. crypt. Erlang. p.* 81. *Dub. bot. gall. p.* 546. *Bals. et De Not. cent. I, n.* 1, *in bibl. ital. tom.* 64. *Eorund. Musc. Mediol. exsicc. fasc. I, n.* 3.

Polytrichum defluens. *Brid. meth. p.* 200.

Polytrichum Dicksoni. *Turn. musc. hib. p.* 90, *tab.* 10, *fig.* 2.

Polytrichum rubellum. *Menz. in trans. soc. Linn.* 4, *p.* 79, *tab.* 7, *fig.* 3. *Smith. fl. brit.* 3, *p.* 1381.

Polytrichum laterale et P. minimum. *Crome.*

Mnium polytrichoides *β*. *Linn. sp. p.* 1577.

Dill. hist. musc. tab. 58, *fig.* 7. *Vaill. bot. paris. tab.* 29, *fig.* 11.

In ericetis et sylvis ad oras et latera viarum passim.

Caulis bi, tri, quinque linearis quandoque sub apice innovans. Folia rufo-fusca vel fusco-virentia siccitate appressa vel contorta. Seta a semiuncia ad unciam longa saturate purpurea. Capsula in speciminibus majoribus plerumque angustior. Calyptra grisea interdum apice pervia.

Varietates quibus hæc species ludit nobis videntur parum constantes, sæpe una in aliam transit, ut nullis certis limitibus separari queant.

Sane miramur celeb. auct. Floræ Veronensis hanc plantam prætermisisse!! Cum Polytricho nano, fuit ne ab eo confusa?

7. Polytrichum nanum.

P. Caule brevissimo simplici foliis suberectis lineari lanceolatis obtusis margine planis carina superne scabris, capsula erecta aut inclinata turbinato-globosa apophysi destituta, operculo convexo rostellato.

Polytrichum nanum. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 135, *tab.* 13. *Ejusd. sp. p.* 95. *Brid. meth. p.* 200. *Arn. disp. meth. p.* 320. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 14. *Swartz musc. suec. p.* 77. *Web. et Mohr. bot. tasch. p.* 227. *Voit. musc. herbip. p.* 61. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 50, *tab.* 11. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 314.

Polytrichum subrotundum. *Menz. in trans. soc. Linn.* 4, *p.* 68. *Huds. fl. Angl. p.* 400. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 80. *Dub. bot. gall. p.* 547.

Polytrichum pumilum. *Swartz musc. suec. p.* 77 *et* 108. *tab.* 9, *fig.* 19. *Hedw. sp. p.* 97, *tab.* 21, *fig.* 7—9.

Polytrichum ericoides. *Hoffm. deutsch. fl.* 2, *p.* 24.

Polytrichum intermedium et P. semidiaphanum. *Brid. meth. p.* 200.

Mnium polytrichoides α. *Linn. sp.* 1576.

Dill. hist. musc. tab. 55, *fig.* 6. *Vaill. bot. paris. tab.* 26, *fig.* 15.

In sylvis *della Merlata* et *del Ticino*, etc.

Caulis bi-trilinearis, folia siccitate appressa sub-contorta spurco-viridia. Seta uncialis flexuosa purpurea. Capsula turbinata, operculi rostrum rectum aut incurvum. Calyptra pro specie magna ferrugineo-badia.

Præcedenti valde affine, ita ut celeb. Auct. Muscol. Britann. dubii hereant an sit tantum illius varietas.

Sect. III. Oligotrichum. *DC. fl. fr.* 2, *p.* 493.

Calyptra simplex pilis sursum directis hinc inde hirta.

8. Polytrichum undulatum.

P. Caule erecto elongato simplici, foliis patentibus lineari lanceolatis undulatis, margine planis serratis dorso papillosis nervo in pagina superiore quadri-quinque lamellato, capsula oblongo cylindrica incurvata, operculo convexo rostrato.

Polytrichum undulatum. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 43, *tab.* 16-

17. *Ejusd. sp. p.* 98. *Brid. sp. musc.* 1, *p.* 78. *Arn. disp. meth. p.* 320. *Schwægr. sp. musc. p. I, p.* 18. *Swartz musc. suec. p.* 78. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 43, *tab.* 10. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 79. *Dub. bot. gall. p.* 547. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 315. *Bals. et De Not. Musc. Mediol. exsicc. fasc. I, n.* 4.

Catharinea undulata. *Web. et Mohr. bot. tasch. p.* 216. *Voit. musc. herbip. p.* 57. *Brid. meth. p.* 204.

Catharinea callibryum. *Ehrh. Hann. magaz.* 1780, *p.* 934.

Oligotrichum undulatum. *DC. fl. fr.* 2, *p.* 492.

β minus.

Caule breviusculo, foliis erecto-patentibus, nervo lato 6—7 lamellato, lamellis flexuosis, capsula elongata cylindrica suberecta.

Polytrichum controversum. *Bals. et De Not. cent. I, n.* 2, *in bibl. ital. tom.* 64 *(an et Brid.?)*. P. angustatum. *Eorund. syn. musc. p.* 6 *(an et Schwægr.?)*.

Dill. hist. musc. tab. 46, *fig.* 19.

Ad sepes, ripas in locis umbrosis et in sylvis humidis: varietas occurrit in sylvis siccis *alla Merlata*, secus *il Ticino, il Seveso* alibique.

Caulis uncialis simplex folia inferiora minora siccitate valde crispata membranacea pallide viridia, nervus in pagina superiore lamellis quatuor, quinque supra basim nascentibus instructus. Seta uncia brevior purpurea. Capsula badio-rubra, operculi rostrum subulatum longitudine dimidiæ capsulæ.

Varietas, præter characteres supra expositos, distinguitur: caule semunciali foliis rutilantibus lamellis sex septem flexuosis præcedenti majoribus instructis, setis caulem æquantibus plerumque binis in eodem perichætio intense purpureis, capsula angustiore elongata.

Cl. Auctores Muscologiæ Britannicæ, qui primi structuram nervi hujusce speciei bene descripserunt, dicunt illum tantummodo bialatum « *it is a narrow foliaceous appendage running along each side of the nerve* »: in

nostris speciminibus vero adsunt quoque lamellæ duæ, tres, quatuorve centrales, cultro avellendæ, quæ in varietate flexuosæ et prææltæ evadunt. Hunc characterem nimium existimantes varietatem nostram minorem trahximus ad *Polytrichum controversum Brid.* sive *angustatum* Schwægr., species, quæ cum varietate nostra multum convenit, quæ nobis parum firma videtur, characteribusque ludibundis innixa, ut illam diversam retineamus ex sola auctorum citatorum auctoritate. Cæterum Iconem Dillenii æquo sane jure duci potest ad varietatem nostram.

BRYOIDEÆ. *Arn. disp. meth. p.* 288.

II. BARTRAMIA.

Hedw. stirp. 2, *p.* 111. *Schreb. gen. pl. p.* 761. *Brid. muscol.* 4, *p.* 128. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 91. *Arn. disp. meth. p.* 288. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 144, *tab.* 3. *Dub. bot. gall. p.* 547.

Mnii et Bryi *sp. Linn.* Bartramia et Bryi *sp. Swartz.* Bartramia et Philonotis *Brid. bryol.*

Seta terminalis: capsula subglobosa: peristoma duplex exterius dentibus sexdecim, interius membrana divisa in sexdecim segmenta bifida cum dentibus peristomii externi alternantia: calyptra dimidiata.

+ Foliis angustis.

1. Bartramia pomiformis.

B. Caule erecto brevi, vel elongato ramoso, foliis imbricatis patentibus lineari subulatis serratis, nervo apicem

attingente, capsula globosa sulcata cernua, operculo conico obtuso.

Bartramia pomiformis. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 145, *tab.* 23. *Arn. disp. meth. p.* 288. *Dub. bot. gall. p.* 547.

α minor. Caule brevi foliis flexuosis. *Hook. et Tayl. Arn. Dub. l. c.*

Bartramia pomiformis. *Hedw. sp. p.* 164. *Brid. muscol.* 2, 3, *p.* 128, *tab.* 1, *fig.* 3. *Ejusd. meth. p.* 116. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 100. *Voit. musc. herbip. p.* 80 *(excl. syn. Swartz). Mart. fl. crypt. erlang. p.* 54. *Poll. fl. veron.* 3, *p.* 382.

Bartamia crispa. *Swartz musc. suec. p.* 73. *Web. et Mohr. bot. tasch. p.* 262 *(excl. β).*

Bartramia vulgaris. *DC. fl. fr.* 2, *p.* 509.

Webera pomiformis. *Hedw. fund.* 2, *p.* 93.

Bryum pomiforme. *Linn. sp. p.* 1580.

Dill. hist. musc. tab. 44, *fig.* 1.

β major. Caule elongato ramoso foliis siccitate crispatis. *Hook. et Tayl. Arn. Dub. l. c.*

Bartramia crispa. *Brid. muscol.* 2, 3, *p.* 131, *tab.* 1, *fig.* 4. *Ejusd. meth. p.* 116. *Schwægr. suppl.* 1, 2. *p*, 46, *tab.* 59. *Ejusd. sp. musc.* 1, *p.* 101 *(excl. syn. Swartz). Web. et Mohr. bot. tasch. p.* 263 *(excl. α). Voit. musc. herbip. p.* 81 *(non Swartz). Mart. fl. crypt. erlang. p.* 55. *Bals. et De Not. cent. I, n.* 3, *Bibl. ital. tom.* 64. *Eorund. syn. musc. p.* 6.

Ad latera viarum in sylvis totius Provinciæ, tum collinis tum planitiei.

Caulis in varietate α quartam unciæ partem altus subsimplex. Folia conferta glauca vel amæne viridia siccitate flexuosa. Seta rubra ut plurimum semuncialis recta. Capsula evacuata erecta.

In varietate β caulis uncialis et longior evadit, ramosus, rami erecti. Folia laxiuscula basi quandoque bistriata glaucescentia, siccitate valde crispata, seta uncia plerumque brevior.

Quas distinctas exhibuimus in Synopsi Muscorum *Bar-*

tramiam pomiformem et crispam, nunc in unum conjungere coegimur, nam pluries et denuo comparatæ characteres quibus illæ species fulciuntur nullius momenti nobis visum est, nec constantes illæ striæ quibus folia in var. β. instruuntur invenimus. Cl. Arnott huic speciei nimium affinem declarat *Bartramiam Hallerianam*, et revera habemus aliquot individua quæ setis brevissimis ad illam accedunt.

Synonimon Voitii quod Bridel trahit ad sequentem speciem nobis huic potius spectare videtur, nam præter folia flexuosa quæ Voit tribuit propiæ speciei, ea nervo valido excurrente instructa et evidenter serrata declarat.

Varietati nostræ minori forte spectat *Bartramiam ithyphyllam* fl. Ticin. quam in collibus *di S. Colombano* frustra quæsivimus.

2. Bartramia ithyphylla.

B. Caule brevi subsimplici, foliis arcte imbricatis suberectis rigidiusculis subulato setaceis obscure denticulatis nervo supra medium per totam folii longitudinem expanso, seta elongata erecta, capsula globosa erecto-cernua, operculo convexo mamillato.

Bartramia ithyphylla. *Brid. muscol.* 2, *p.* 3, *p.* 132, *tab.* 1, *fig.* 6. *Ejusd. meth. p.* 116. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 51, *tab.* 60. *Ejusd. sp. musc.* 1, *p.* 102. *Arn. disp. meth. p.* 288. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 145, *tab.* 22. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 55. *Dub. bot. gall. p.* 549. *Poll. fl. veron.* 3, *p.* 383?

Bartramia pomiformis. *Swartz musc. suec. p.* 73 *(excl. syn. Linn. Dill.). Web. et Mohr. bot. tasch. p.* 261.

Ad terram in montibus supra *Canzo.*

Caulis semiuncialis plerumque simplex vel uncialis innovationibus causa ramosus et fastigiatus. Folia basi amplectentia diaphana læte viridia, inferiora ferruginea. Nervus supra medium dilatatus et integrum folium occu-

pans ita ut videatur deesse. Seta uncialis rutilans, capsula badia sulcata.

A præcedentibus statim dignoscitur foliis strictis rigidiusculis læte virentibus.

+ + Foliis latis nec subulatis.

3. Bartramia fontana.

B. Caule elongato fastigiatim ramoso, foliis dense imbricatis rigidis subsecundis ovato-lanceolatis longe acuminatis serratis, nervo excurrente, capsula subrotunda sulcata cernua operculo conico brevi.

Bartramia fontana. *Swartz in Schrad. journ.* 2, *p.* 183, *tab.* 3, *fig.* 1. *Brid. meth. p.* 116. *Arn. disp. meth. p.* 289. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 91. *Web. et Mohr. bot. tasch. p.* 268. *Voit. musc. herbip. p.* 82. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 56.

Bartramia fontana α major. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 146, *tab.* 23. *a. Dub. bot. gall. p.* 548.

Bryum fontanum. *Schreb. spicil. fl. Lips. p.* 75. *Swartz musc. suec. p.* 48.

Mnium fontanum. *Linn. sp. p.* 1574. *Hedw. sp. p.* 195. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 372.

Dill. hist. musc. tab. 44, *fig.* 2. *Vaill. bot. paris. tab.* 24, *fig.* 1.

β minor.

Caule ramisque gracilioribus foliis late ovatis acuminatis.

In paludibus turfosis et ad rivulos in regione collina: varietas in arenosis humidis et aquosis prope urbem.

Caulis sesquiuncialis vel biuncialis inferne tomentosus rami breves. Folia lutescentia in ramis vero innovantibus sub apice caulis nascentibus pallide et amæne viridia. Seta unciam et quidquid excedit longa flexuosa; capsula matura evacuata sub ore contracta.

Sæpe in parte inferiore caulium conspiciuntur setæ annorum præcedentium.

Varietas distinguitur omnibus partibus specie dimidio brevioribus, foliisque latioribus et nullatenus reducere possumus ad varietates Schwægrichenii nec ad *Bartramiam Marchicam.* Smithius huic speciei tribuit folia integerrima nos vero semper serrulata observavimus.

III. FUNARIA.

Schreb. gen. pl. p. 760. *Hedw. sp.* 127. *Brid. sp.* 3, *p.* 65. *Arn. disp. meth. p.* 289. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 44. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 121, *tab.* 2. *Dub. bot. gall. p.* 548.

Mnii sp. *Linn.*

Seta terminalis; peristoma duplex exterius dentibus sexdecim obliquis apice cohærentibus, interius dentibus totidem exterioribus oppositis horizontalibus membranaceis: calyptra mitraeformis magna basi ventricoso-tetragona.

1. Funaria hygrometrica.

F. Caule brevi erecto simplici, foliis ovatis concavis apiculatis integris nervo excurrente, seta incurva flexuosa, capsula pyriformi sulcata, operculo planiusculo.

Funaria hygrometrica. *Hedw. sp. p.* 172. *Brid. meth. p.* 123. *Arn. disp. meth. p.* 290. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 44. *Web. et Mohr. bot. tasch. p.* 378. *Voit. musc. herbip. p.* 124. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 121, *tab.* 20. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 18. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 74. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 380.

Koelreutera hygrometrica. *Hedw. fund. musc.* 1, *tab.* 5, *fig.* 21—26. *etc.*

Mnium hygrometricum. *Linn. sp. p.* 1575.

Dill. hist. musc. tab. 52, *fig.* 75. *Vaill. bot. paris. tab.* 26, *fig.* 16.

β. nana.

Funaria hygrometra var. nana. *Montagn. in Arch. de Bot. I, p.* 130, *tab.* 4, *fig.* 2.

Ad margines fossarum et agrorum, in muris tectis passim: varietas nobis occurrit in muris Oppidi et ad oras sylvarum Ticini supra *Bernate*.

Tota planta unciam unam et dimidiam altitudine superat. Folia concava conniventia bulbillum simulantia pallide viridia. Seta quæ ante maturitatem arcuata est in posterum erigitur. Capsula rutilo colore tincta profunde sulcata.

Varietas præter dimensiones duplo minores dignoscitur ex operculo convexo mucronulato.

Cl. Montagne varietatem suam a specie separare noluit et nos quoque sententiæ docti Botanici subscribimus, etenim excepta operculi forma reliqua exacte conveniunt. Ille vero sibi contradicit; et setam quam in icone, magnitudine auctam et evidenter contortam ræpresentavit, in descriptione eam primitus parum contortam, paulo postea rectam nec contortam declarat.

Linnæus in Flora Suecica dicit: « Hujus pedunculi « exsucci hygrometrum præbent, si digitus humidus du- « catur per setam a basi ad dimidium reflectitur hinc « capsula, si vero ab anthera ducatur ad medium re- « torquetur eadem ». Quod experimentum facile unu squisque comprobare potest.

2. Funaria Mühlenbergii.

F. Caule brevi simplici, foliis stellatis ovatis concavis acuminatis serratis nervo infra apicem evanido, seta stricta, capsula pyriformi læviuscula, operculo convexo.

Funaria Mühlenbergii. *Turn. in ann. of. bot.* 2, *p.* 198. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 78, *tab.* 66. *Ejusd. sp. musc.* 1, *p.* 46. *Brid. meth. p.* 123. *Arn. disp. meth. p.* 290. *Web.*

et Mohr. bot. tasch. p. 380. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 122, *tab.* 20. *Dub. bot. gall. p.* 548. *Savi pugill. di piant. p.* 19. *Bals. et De Not. cent. II, n.* 2, *in Bibl. ital. tom.* 70.

Funaria Fontanesii. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 18. *(excl. syn.) (ex specim. sicc.).*

In mæniis urbis.

A præcedente statim dignoscitur habitu graciliori, foliis in bulbillum non coadunatis sed potius stellatim dispositis, seta stricta capsula fere lævi. Tota planta unciam dimidiam vix excedit. Folia pulchre reticulata.

Cavendum ne cum varietate minore *Funariæ hygrometricæ* confundatur, vel cum *Gymostomo fasciculari* cujus habitum refert, præsertim si in statu immaturo observatur.

3. Funaria fontanesii.

F. Caule brevi simplici, foliis stellatis oblongis acutis subserratis nervo ante apicem evanido, capsula pyriformi elongata suberecta læviuscula, operculo convexo mamillato.

Funaria Fontanesii. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 79. *tab.* 66 *(non Fiorin.). Ejusd. sp. musc.* 1, *p.* 46. *Brid. meth. p.* 124. *Arn. disp. meth. p.* 290. *Dub. bot. gall. p.* 548. *Montagn. in Arch. de Bot. tom.* 1, *p.* 132.

Ad terram in collibus prope *Sesto-Calende.*

Statura circiter præcedentis, folia tenera pallida laxe reticulata nervo evidenter ante apicem desinente instructa, seta rubra erecta capsula quidem maturitate fusco-rubra erecta parum sulcata.

Sicuti optime adnotavit Schwægrichen hæc species Splachni faciem præsefert, qua nota a præcedente facile distinguitur.

Cl. Arnott suspicatur species hujus generis nonnisi varietates esse unjus speciei.

Swartzius in Muscol. Suecica specierum hujusce generis oblitus est.

IV. BRYUM.

Hook. et Tayl. musc. brit. p. 192, *tab.* 3. *Arn. disp. meth. p.* 291. *Dub. bot. gall. p.* 549.

Mnii et Bryi. *sp. Linn.* Pohlia, Bryum, Mnium, Diplocamium, Meesia, Arrhenopterum, Paludella, Aulacomnion, Webera, Hypnum. *Auctor.*

Seta terminalis: peristoma duplex exterius dentibus sexdecim interius membrana in dentibus sexdecim carinatis integris aut pertusis divisa, ciliis plerumque interjectis: calyptra dimidiata.

Sect. I. Streptotheca. *Arn. disp. meth. p.* 291.

Capsula sulcata cernua.

1. Bryum palustre.

B. Caule ascendente ramoso, foliis erecto patentibus lineari lanceolatis obtusis margine revolutis serrulatis, nervo sub apice evanescente, capsula ovato-oblonga sulcata subcernua, operculo conico.

Bryum palustre. *Swartz musc. suec. p.* 46. *Arn. disp. meth. p.* 291. *Voit musc. herbip. p.* 82. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 193, *tab.* 28. *Dub. bot. gall. p.* 549.

Aulacomnion palustre. *Schwægr. suppl.* 3, *p.* 1, *tab.* 126, *sp. musc. I, p.* 88.

Hypnum elodes. *Web. et Mohr. bot. tasch. p.* 272.

Mnium palustre. *Linn. sp. p.* 1574. *Hedw. sp. p.* 188. *Brid. meth. p.* 121. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 65. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 379.

Dill. hist. musc. tab. 31, *fig.* 3. *Vaill. bot. paris. tab.* 24, *fig.* 1.

Habitat in locis paludosis sylvarum *della Merlata* prope *Cascina Triulza* et in paludibus prope *Sesto-Calende*.

Caulis ab uncia una ad duas altus dichotome ramosus, rami apice innovantes, in parte inferiori radiculis numerosis ex axillis foliorum nascentibus tomentosus. Folia lutescentia juniora pallide viridia nervo albido nitente instructa, facie dorsoque papillosa, siccitate crispatula. Folia interdum apiculata et acutiuscula evadunt.

Corpuscula illa capituliformia pedunculata ex latere florum masculinorum exorientia, qualia in Icone Vaillantii l. c. sub. 6, et in tab. 23. Muscologiæ Britannicæ depinguntur in nostris plantis hucusque non observavimus. Ista corpuscula quæ a plerisque auctoribus tamquam gemmæ habentur constant ex Web. et Mohr. observationibus e foliis minutis squammæformibus et a Voit cum surculis cyathiferis *Tetraphidis pellucidæ* comparantur.

Sect. II. Mnium. *Arn. disp. meth. p.* 292.

Capsula lævis, flores masculi discoidei, caulis simplex erectus inferne subdenudatus.

+ Foliis immarginatis.

2. Bryum roseum.

B. Caule e basi repente erecto simplici, foliis undulatis obovato spathulatis acuminatis serratis marginibus inferne revolutis nervo apicem attingente, capsula ovato-oblonga pendula, operculo conico.

Bryum roseum. *Schreb. spicil. fl. lips. p.* 84. *Brid. meth. p.* 119. *Arn. disp. meth. p.* 292. *Swartz musc. suec. p.* 51. *Voit musc. herbip. p.* 87. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 200, *tab.* 29. *Dub. bot. gall. p.* 550.

Mnium roseum. *Hedw. sp. p.* 194. *Schwægr. sp. musc.*

1, *p.* 27. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 69. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 375.

Hypnum roseum. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 297.

Mnium serpyllifolium *γ. Linn. sp. p.* 1578.

Dill. hist. musc. tab. 52, *fig.* 77.

In locis umbrosis ad latera viarum in sylvis vulgare, ast semper sterile.

Caulis uncia minor inferne radiculis fuscis numerosis foliisque parvis ovatis vestitus. Folia congesta stellatim disposita siccitate appressa plicatula, amæne viridia vel rutilantia nitida.

Cur Schwægrichen in specie muscorum l. c. folia hujusce speciei oblongo-lanceolata marginataque describat plane non intelligimus.

++ Foliis marginatis.

3. Bryum ligulatum.

B. Caule erecto elongato, foliis patentibus oblongo ligulatis decurrentibus undulatis serratis nervo apicem excedente, capsula oblonga pendula, operculo convexo conico mucronulato.

Bryum ligulatum. *Schreb. spicil. fl. lips. p.* 84. *Brid. meth. p.* 119. *Arn. disp. meth. p.* 292. *Swartz musc. suec. p.* 51. *Voit musc. herbip. p.* 87. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 207, *tab.* 30. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 20.

Bryum undulatum. *Turn. musc. hibern. p.* 133.

Mnium undulatum. *Weiss. pl. crypt. gott. p.* 150. *Hedw. sp. p.* 195. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 29. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 70. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 378.

Mnium ligulatum. *Brid. muscol.* 2, 3, *p.* 112.

Hypnum ligulatum. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 298.

Mnium serpyllifolium *δ. Linn. sp. p.* 1578.

Dill. hist. musc. tab. 52, *fig.* 76. *Vaill. bot. paris. tab.* 24, *fig.* 3.

Ad margines sylvarum, ad sepes et in locis umbrosis humidis vulgare.

Caulis biuncialis inferne radiculosus, plantæ steriles declinatæ, fructiferæ erectæ interdum apice fastigiatim ramosæ. Folia pallide virentia reticulata, siccitate plicato-crispata reflexa. Seta circiter uncialis, aliquando tres quatuor in eodem perichætio. Capsula basi parum angustata subfusca, operculum amæne rubrum.

4. Bryum marginatum.

B. Caule erecto simplici elongato, foliis erectiusculis oblongo-lanceolatis serratis nervo apicem excedente, capsula ovata pendula, operculo conico breviter rostrato.

Bryum marginatum. *Dicks. pl. crypt. brit. fasc.* 2, *p.* 9, *tab.* 5, *fig.* 1. *Arn. disp. meth. p.* 292. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 208, *tab.* 31. *Dub. bot. gall. p.* 550.

Mnium serratum. *Brid. muscol.* 2, 3, *p.* 84, *tab.* 1, *fig.* 2. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 128, *tab.* 78. *Ejusd. sp. musc.* 1, *p.* 34. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 67. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 373.

Hypnum marginatum. *Web. et Mohr. bot. tasch. p.* 292.

Bryum serratum. *Schrad. spicil. fl. germ. p.* 71. *Brid. meth. p.* 119.

Ad margines rivulorum in sylvis *della Merlata* et *del Ticino* et in suburbio.

Caulis semuncialis atro-purpureus. Folia reticulata laxe imbricata siccitate crispata juniora pallide viridia, adulta rutilantia nervo purpureo-sanguineo donata, superiora angustiora. Seta caulem æquans purpurea, capsula horizontalis demum pendula. Operculum conicum breviter rostratum quandoque uti in speciminibus nostris videmus obtusiusculum.

Affine *Bryo horno* a quo differt statura minore foliisque laxiusculis nervo apicem excedente instructis, operculoque rostrato.

5. Bryum rostratum.

B. Caule elongato erecto plerumque simplici, foliis undulatis patentibus oblongo ovatis basi angustatis obtusis denticulatis nervo apicem excedente, capsula oblonga pendula, operculo rostrato.

Bryum rostratum. *Schrad. spicil. fl. germ. p.* 72. *Arn. disp. meth. p.* 293. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 208, *tab.* 30. *Dub. bot. gall. p.* 550.

Mnium rostratum. *Schwægr. supp.* 1, 2, *p.* 136, *tab.* 79. *Ejusd. sp. musc.* 1, *p.* 31. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 70. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 379.

Bryum longirostrum. *Brid. meth. p.* 119.

Mnium longirostrum. *Brid. musc.* 2, 3, *p.* 106.

Mnium ellipticum. *Hoffm. deutsch. fl.* 2, *p.* 52.

Hypnum rostratum. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 296. *Dill. hist. musc. tab.* 53, *fig.* 80.

In mæniis urbis et in sylvis opacis secus *il Lambro.*

Caulis quartam unciæ partem altitudine æquans, inferne foliis destitutus radiculosus ramos steriles declinatos quandoque edens. Folia reticulata pallide viridia obtuse denticulata siccitate valde crispata. Seta rubella caule multo longior non raro tres, quatuorve in eodem perichætio aggregatæ. Capsula fusca, operculi rostrum acutum rectum vel incurvum.

Immerito cum *B. cuspidato* Schwægrichenius hanc speciem comparat, cum melius dici queat *B. punctato* affinem.

6. Bryum punctatum.

B. Caule erecto elongato, foliis laxis patentibus obovato-rotundatis obtusis reticulatis integris nervo ante apicem desinente, capsula ovata pendula, operculo breviter rostrato.

Bryum punctatum. *Schreb. spicil. fl. lips. p.* 85. *Brid. meth. p.* 119. *Arn. disp. meth. p.* 293. *Voit musc. her-*

bip. p. 89. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 207, *tab.* 30. *Dub. bot. gall. p.* 550.

Mnium punctatum. *Hedw. sp. p.* 193. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 29. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 69. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 377.

Hypnum punctatum. *Schrank fl. bav.* 2, *p.* 470. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 296.

Bryum ellipticum. *Brid. meth. p.* 119.

Mnium serpyllifolium α. *Linn. sp. p.* 1577.

Dill. hist. musc. tab. 53, *fig.* 81.

In sylvis collinis udis.

Laxe cæspitosum. Caulis semiuncialis basi radiculis ferrugineis vestitus, atro-purpureus. Folia pro genere latissima distantia pulchre reticulata pellucida virescentia nervo margineque quandoque rutilantia. Seta uncia paulo minor purpurea. Capsula matura fuscescens. Operculum conicum breviter rostratum rostrum incurvum.

7. Bryum affine.

B. Caule erecto elongato, foliis erecto-patentibus late ovato-ellipticis basi angustatis ciliato-serratis nervo apicem excedente cuspidatis, setis aggregatis, capsula oblonga pendula, operculo conico acuto.

Bryum affine. *Brid. meth. p.* 119. *Arn. disp. meth. p.* 193. *Dub. bot. gall. p.* 1036.

Mnium affine. *Bland. musc. exsicc. n.* 153. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 31. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 68, *tab.* 2, *fig.* 1.

Mnium cuspidatum β. *Hedw. sp. p.* 193, *tab.* 45.

Dill. hist. musc. tab. 53, *fig.* 79, M.

In locis umbrosis sylvarum juxta Ticini decursum.

Caulis uncialis crassiusculus undique radiculis fuscis densis vestitus; plantæ steriles fertilibus adglutinatæ deflexæ. Folia reticulata areolis subrotundis parvis, superiora rosulato-congesta toto ambitu ciliato-serrata; siccitate undulato-crispata reflexa, dentes foliorum e cel-

lulis duabus vel tribus compositi. Setæ tres quatuor in eodem perichætio.

Qui hanc speciem varietatem subsequentis declarant profecto errant vel eam non agnoscunt; nam præter characteres pedunculorum aggregatorum, fructuum, et habitum prosus alienum, probe distinguitur foliis ovato-ellipticis toto ambitu ciliato-serratis sessilibusque dum in sequente Bryo cuspidato folia sunt obovata a medio ad apicem tantum serrata et decurrentia.

8. Bryum cuspidatum.

B. Caule elongato erecto, foliis patentibus obovatis acuminatis supra medium serratis decurrentibus nervo apicem excedente, capsula ovata pendula, operculo hemisphærico.

Bryum cuspidatum. *Schreb. spicil. fl. lips. p.* 34. *Brid. meth. p.* 119. *Arn. disp. meth. p.* 293. *Swartz musc. suec. p.* 51. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 209, *tab.* 31. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 20. *Dub. bot. gall. p.* 550.

Mnium cuspidatum. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 134. *Ejusd. sp. musc.* 1, *p.* 30. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 67. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 377.

Mnium cuspidatum α. *Hedw. sp. p.* 193 *(excl. icon.)*.

Hypnum aciphyllum. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 295.

Mnium serpyllifolium β. *Linn. sp. p.* 1577.

Dill. hist. musc. tab. 53, *fig.* 79, A.—L.

Ad oras sylvarum ad sepes et in locis opacis vulgare.

Caulis semuncialis inferne radiculosus, rami steriles declinati. Folia decurrentia supra medium tantum serrata siccitate appresso crispata luride viridia vel lutescenti-viridia. Seta solitaria caulem æquans pallida.

Synonimon Voitii omisimus dubitantes an ad hanc speciem vel potius ad præcedentem spectet.

Sect. III. Bryastrum. *Dub. bot. gall. p.* 550.

Capsula lævis, flores masculi gemmiformes, caulis ramosus cæspitosus foliosus raro simplex.

+ Foliis subulatis.

9. Bryum pyriforme.

B. Caule brevi simplici, foliis laxis flexuosis subulato setaceis superne serrulatis nervo latissimo, capsula pyriformi pendula, operculo convexo mamillato.

Bryum pyriforme. *Swartz musc. suec. p.* 45. *Brid. meth. p.* 120. *Arn. disp. meth. p.* 293. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 64. *Voit musc. herbip. p.* 93. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 196, *tab.* 28. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 60. *Dub. bot. gall. p.* 550. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. asc. I, n.* 5.

Webera pyriformis. *Hedw. stirp. crypt.* 1, *p.* 5, *tab.* 3. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 381.

Bryum aureum. *Schreb. spicil. fl. lips. p.* 81. *Smith. comp. fl. brit. ed.* 5, *p.* 202.

Hypnum pyriforme. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 274.

Mnium pyriforme. *Linn. sp. p.* 1576.

Dill. hist. musc. tab. 50, *fig.* 60.

Ad muros humidos in pagis collium supra *Sesto-Calende.*

Caulis semiuncialis plerumque simplex. Folia inferiora superioribus multo breviora omnia amæne aureo-viridia. Seta subuncialis saturate purpurea siccitate flexuosa. Capsula badia.

Elegantissimum hunc muscum quem Pollinius asserit se vulgarem invenisse in locis arenosis circa Mediolanum nobis etsi diligenter et pluries circa urbem quæsitum hucusque numquam occurrit.

+ + Foliis non subulatis.

10. Bryum argenteum.

B. Caule brevi ramoso tereti, foliis arcte imbricatis late ovatis acuminatis concavis subserratis nervo apicem attingente, capsula ovato-pyriformis pendula, operculo conico obtuso mamillato.

Bryum argenteum. *Linn. sp. p.* 1586. *Brid. meth. p.* 118. *Arn. disp. meth. p.* 293. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 76. *Swartz musc. suec. p.* 47. *Voit musc. herbip. p.* 85. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 199, *tab.* 29. *Dub. bot. gall. p.* 551. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 57. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 368.

Hypnum argenteum. *Schrank. fl. bav.* 2, *p.* 469. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 276 (*excl.* β).

In interstitiis murorum, tectis, et ad terram in locis neglectis passim.

Tota planta setis exceptis ut plurimum semuncialis, interdum vero humilior. Caulis brevis ramosus, rami simplices vel divisi superne paulo incrassati. Folia pulchre reticulata basi virentia supra medium argenteo-scariosa, nervus per totam foliorum longitudinem excurrens sed facile in parte superiore prætervidendus. Seta ramos superans, capsula atro-rubra, immatura a medio usque ad orem contracta.

Web. et Mohr. injuste sustinuerunt nervum hujusce speciei a basi foliorum usque ad apicem non excurrere, et infeliciter cum *Bryo julaceo* conjunxerunt.

11. Bryum Zierii.

B. Caule breviusculo ramoso tereti, foliis imbricatis concavis late ovatis acuminatis reticulatis integris nervo apicem attingente, capsula clavata cernua operculo convexo mucronulato.

Bryum Zierii. *Dicks. pl. crypt. brit.* 2, *p.* 8, *tab.* 4, *fig.*

10. *Hedw. sp. p.* 182, *tab.* 44, *fig.* 1—4. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 89. *Brid. meth. p.* 117. *Arn. disp. meth. p.* 293. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 199, *tab.* 29. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 369.

Pohlia Zierii. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 76.

Hypnum Zierii. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 275.

In locis collinis prope *Sesto-Calende*, ad terram nec frequens.

Caulis bi-trilinearis supra basim ramosus, rami breves erecti. Folia valde concava plus vel minus arcte imbricata late reticulata pallida argentea. Seta vix semiuncialis quandoque arcuata. Capsula badia e longa attenuata basi clavata.

Colore, structura et dispositione foliorum affine *Bryo argenteo* a quo facili dignoscitur capsularum forma.

12. Bryum capillare.

B. Caule brevi ramoso, foliis imbricatis erecto patentibus obovato-oblongis submarginatis integris, nervo in pilum producto siccitate contortis, capsula oblonga pendula, operculo convexo mucronulato.

Bryum capillare. *Linn. sp. p.* 1586. *Hedw. sp. p.* 182. *Brid. meth. p.* 118. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 57. *Arn. disp. meth. p.* 293. *Swartz musc. suec. p.* 50. *Voit musc. herbip. p.* 91. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 200, *tab.* 29. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 21. *Dub. bot. gall. p.* 551. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 63.

Mnium capillare. *Linn. syst. veget. p.* 497. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 375.

Hypnum capillare. *Schrank. fl. bavar.* 2, *p.* 473. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 286.

Dill. hist. musc. tab. 50, *fig.* 67. *Vaill. bot. paris. tab.* 24, *fig.* 6.

In propugnaculis urbis, muris vetustis et ad margines viarum.

Cæspitosum. Caulis quadri-quinque linearis sub apice

ramosus rami breves clavati. Folia viridia siccitate valde contorta margine incrassata. Seta semiuncialis. Capsula oblonga basi angustata maturitate fusca.

13. Bryum cæspiticium.

B. Caule brevi ramoso, foliis arcte imbricatis suberectis ovato-acuminatis margine reflexis integris aut apice denticulatis nervo apicem excedente siccitate appressis subcrispatis, capsula ovato-pyriformi, operculo convexo mamillato.

Bryum cæspiticium. *Linn. sp. p.* 1586. *Hedw. sp. p.* 130. *Brid. meth. p.* 118. *Arn. disp. meth. p.* 294. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 59. *Swartz musc. suec. p.* 50. *Voit musc. herbip. p.* 91. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 201, *tab.* 29. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 21. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 59. *Dub. bot. gall. p.* 551. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 370.

Pohlia imbricata. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 71, *tab.* 64.

Mnium cæspiticium. *Hedw. fund. musc.* 2, *p.* 94, *tab.* 3, *fig.* 12 *et tab.* 10, *fig.* 68, 69.

Hypnum cæspiticium. *Schrank. fl. bav.* 2, *p.* 473. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 283.

Dill. hist. musc. tab. 50, *fig.* 66. *Vaill. bot. paris. tab.* 29, *fig.* 7.

In mæniis urbis et ad terram in locis incultis vulgare.

Dense cæspitosum. Caulis bi-trilinearis, rami erecti breves vel elongati. Folia viridia vel fuscescentia plus minus ovato-acuminata nervo apicem attingente vel excedente donata. Seta semiuncialis. Capsula matura fusca ovato-pyriformis brevis.

Species summopere ludibunda quoad staturam, quoad folia magis vel minus acuta, integra aut denticulata, quoad nervum qui apicem tantum attingit vel eum excedit et quoad capsulam quandoque oblongam, ita ut a præcedente non facile distinguatur.

Pohliam imbricatam. Schwægr. quam jure huc redu-

xerunt Auctores Muscol. Britannicæ non differt a *Bryo cæspiticio* nisi forma capsulæ.

Bryum cirratum, Kunzii, radiculosum, Hornsch. *Bryum angustatum, radiculosum, subrotundum, sphæricum, Pohliæforme, cernuum* Brid. *Pohliam bryoidem.* Brown. *Weberam affinem* Bruch. *et Pohliam uliginosam* Brid. huc quoque spectant ex *Schwægrichenii* sententia: cæterum prorsus hæc omnia ignoramus.

14. Bryum erythrocarpon.

B. Caule brevi erecto, foliis arcte imbricatis ovato-lanceolatis acuminatis sub integris nervo emergente, capsula pendula oblonga sub ore contracta, operculo convexo mucronato.

Bryum erythrocarpon. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 100, *tab.* 70. *Ejusd. sp. musc.* 1, *p.* 63 *(excl. syn. Web. et Mohr).*

Bryum sanguineum. *Brid. meth. p.* 118.

In ericetis aridis prope *Garbagnate.*

Subsolitarium. Caulis lineam unam vel duas æquans plerumque simplex. Folia ex viridi-fusca, nervo rutilante donata, siccitate appressa corrugata. Seta gracilis semiuncialis, amæne purpurea. Capsula e basi angusta oblonga sub ore contracta, atro-sanguinea.

Præcedenti cum quo Auctores Celeb. Muscol. Britannicæ dubitanter conjungunt certe summopere affine; distinctum potius ex solo habitu non facile verbis exprimendum quam characteribus certis.

Synonimon Web. et Mohr quod Schwægr. trahit ad hanc speciem sicuti suspectum omisimus, cum auctores nuper citati dicant, se *Bryum Erythrocarpon* a *Bryo carneo* discernere non posse; ita ut probabile videatur illos præ oculis habuisse varietatem *β. atropurpuream Bryi carnei,* quæ est *Bryum Erythrocarpon* Bridelii non vero nostrum.

15. Bryum ventricosum.

B. Caule elongato ramoso, foliis laxe imbricatis erecto patentibus oblongo lanceolatis acutis margine revolutis apice serrulatis nervo crasso apicem excedente, capsula oblongo-ovata pendula, operculo conico brevi.

Bryum ventricosum. *Dicks. pl. crypt. brit. fasc.* 1, *p.* 4. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 54. *Arn. disp. meth. p.* 294. *Swartz musc. suec. p.* 49. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 205, *tab.* 30. *Fiorin. Mazz. bryol. rom. p.* 20. *Dub. bot. gall. p.* 551.

Bryum bimum. *Schreb. spicil. fl. Lips. p.* 83. *Brid. meth. p.* 118. *Swartz musc. suec. p.* 50. *Voit musc. herbip. p.* 84. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 73.

Mnium pseudotriquetrum. *Hedw. stirp.* 3, *p.* 19, *tab.* 7. *Ejusd. spec. p.* 190. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 374.

Bryum pseudotriquetrum. *Brid. meth. p.* 118.

Hypnum pseudotriquetrum. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 288.

Bryum cubitale. *Dicks. pl. crypt. brit. fasc.* 2, *tab.* 5, *fig.* 2 (*mala*).

Habitat in paludibus turfosis prope *Sesto-Calende* et *Angera* ad Verbanum.

Cæspitosum unciale. Caulis tomento denso ferrugineo intrafoliaceo vestitus apice ramosus. Folia inferiora rufescentia siccitate appressa, ramea viridia parum crispata, e basi angusta cauli adnata oblongo lanceolata. Seta crassa atro-purpurea. Capsula ventricosa.

Folia in hac specie, uti et in aliis permultis, si abrupte e caule evelluntur basi truncata adparent, unde denominatio impropia apud nonnullos auctores foliorum sagittatorum. Auctores Celeb. Muscol. Britannicæ dicunt hanc speciem valde proximam *Bryo cæspiticio* et nullis firmis characteribus ab eo distinctam; tamen habitu longe alieno, statura valde majore et forma capsularum et foliorum nobis videtur satis superque distincta.

B. Caule erecto subelongato ramoso, foliis laxis patentibus ovatis acutis margine subreflexis apice denticulatis nervo excurrente, capsula pyriformi pendula, operculo convexo mucronulato.

Bryum turbinatum. *Swartz musc. suec. p.* 49. *Brid. meth. p.* 118. *Arn. disp. meth. p.* 294. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 56. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 202, *tab.* 29. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 61. *Dub. bot. gall. p.* 551. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 379.

Mnium turbinatum. *Hedw. stirp. p.* 22, *tab.* 8. *Ejusd. spec. p.* 192.

Pohlia inclinata. *Schwægr.* 1, 2, *p.* 73, *tab.* 69; — *sp. musc.* 1, *p.* 71.

Bryum pallens. *Schwægr. l. c. p.* 111, *tab.* 72; — *spec. musc.* 1, *p.* 56.

Bryum pallescens. *Schwægr. l. c. p.* 107, *tab.* 75; — *sp. musc. p.* 61.

Bryum Schleicheri. *Schwægr. l. c. p.* 113, *tab.* 73; — *sp. musc. p.* 55 *(ex. specim. Schleich.)*.

Bryum boreale. *Schwægr. l. c. p.* 96, *tab.* 69; — *sp. musc.* 1, *p.* 65.

Webera intermedia. *Schwægr. l. c. p.* 67, *tab.* 75.

Hypnum turbinatum, intermedium, boreale, et Leskea inclinata. *Web. et Mohr.*

Dill. hist. musc. tab. 51, *fig.* 74.

In pratis spongiosis, in paludosis sylvarum, ad rivulos et in locis montanis et collinis humidis.

Tota planta, setis exceptis, ad summum uncialis. Caulis radiculis ferrugineis intrafoliaceis tectus rami erecti sub apice caulis nascentes, amæne purpurei. Folia laxa siccitate appressa crispula reticulata, caulina fusca ramea pallide viridia. Seta ab uncia una ad sesquiunciam. Capsula elongato-pyriformis.

Ludit colore, statura, et dispositione foliorum, for-

ma et directione capsularum, ita ut mentiatur species toto cælo diversas.

Synonima quæ huc trahximus partim ex auctoritate Summorum Muscologorum partim ex diligenti comparatione tabularum et speciminum acceptorum hanc speciem summopere polymorpham declarant.

Bryum turbinatum dum ex uno latere accedit ad præcedentem speciem, gradatim pro loci natalis diversitate formas *Bryi cæspiticii* assumit; ita ut sæpe sæpius diagnosis difficillima evadat. Hoc quidem jam bene sentierunt oculatiss. Auctores Muscologiæ Britannicæ qui dicunt: « *How far it merits to be distinguished as a* « *species from Bryum cæspiticium on the one hand, or* « *Bryum ventricosum on the other, must still remain a* « *question.* »

Bryum longisetum Schwægr. et *annotinum* Hedw. quæ cum dubitationis signo huc quoque trahuntur ab auctoribus nuper citatis consulto omisimus, nam quamvis nonnullis characteribus cum hac specie conveniant, tamen ab ea paululum recedunt habitu et forma foliorum.

17. Bryum alpinum.

B. Caule elongato ramoso ramis fastigiatis, foliis arcte imbricatis erectis lanceolatis margine revolutis apice obscure serrulatis, nervo apicem attingente, capsula oblonga ovata pendula, operculo convexo mucronato.

Bryum alpinum. *Linn. mant.* 2, *p.* 309. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 98, *tab.* 73. *Ejusd. sp. musc.* 1, *p.* 64. *Brid. meth. p.* 118. *Arn. disp. meth. p.* 295. *Swartz musc. suec. p.* 47. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 205, *tab.* 28. *Dub. bot. gall. p.* 551. *Bals. et De Not. cent. I, n.* 5, *in Bibl. ital. tom.* 64.

Mnium alpinum. *Linn. fil. meth. musc. p.* 366.

In collibus prope *Sesto-Calende* et in apricis sylvarum *della Merlata.*

Cæspitosum totum rufo-sanguineum vel atro sangui-

neum nitens. Caulis semiuncialis ascendens ramosus rami fastigiati. Folia siccitate appressa ad apicem ramorum conniventia unde rami cuspidati adparent. Seta caulem æquans vel etiam superans.

Diu hæsimus an nostra individua Mediolanensia *Bryo alpino* L. recte spectarent vel potius speciebus affinibus: obstabat differentia loci natalis, cum Botanici nonnisi in montibus editioribus hunc muscum reperiissent; ast comparatio speciminum quæ nos ipsi legimus in alpibus ditionis Novariensis editioribus et Helvetiæ, nec non illorum quæ in collectionibus Hobsonii et Brebissonii observavimus, nobis abunde comprobavit plantam nostram nullomodo diferre a *Bryo alpino* Linnæi. Ab hac quoque circumstantia opinio illorum qui differentias inter hanc speciem et *Bryum ventricosum* ex sola loci natalis diversitate oriri putant infirmatur; etenim mutato loco natali characteres tamen speciei constantes perdurant.

18. Bryum carneum.

B. Caule erecto simplici, foliis laxe imbricatis erecto patentibus lanceolatis obscure denticulatis, nervo ante apicem desinente, capsula brevi pyriformi pendula, operculo convexo mucronulato.

Bryum carneum. *Linn. sp.* 1587. *Brid. meth. p.* 118. *Arn. disp. meth. p.* 295. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 67. *Swartz musc. suec. p.* 47. *Voit musc. herbip. p.* 86. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 198, *tab.* 29. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 58. *Dub. bot. gall. p.* 552. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 371.

Bryum delicatulum. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 52, *tab.* 20.

Bryum pulchellum. *Hedw. l. c.* 3, *p.* 95, *tab.* 38. *Swartz musc. suec. p.* 48. *Brid. meth. p.* 118. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 63.

Hypnum carneum. *Web. et Mohr. bot. tasch. p.* 278.

Dill. hist. musc. tab. 50, *fig.* 69. *Hall. icon. pl. helv. tab.* 49, *fig.* 6.

β. atro-purpureum.

Capsula atro-sanguinea operculo miniato.

Wahlenb. fl. lapp. p. 360. *Dub. bot. gall. p.* 552.

Bryum erythrocarpon. *Brid. meth. p.* 118 *(non Schwægr.)*.

Ad margines fossarum et in locis arenosis humidis vulgare: variet. sæpe promiscue cum specie.

Caules tres quatuorve lineas altus. Folia pallida pellucentia pulchre reticulata, areolis oblongis, siccitate erectiuscula crispata quandoque subdistycha. Seta quartam unciæ partem longitudine adæquans, carnea, capsula pyriformis, interdum ad medium dilatata, brevis, colore badio tincta.

Varietas distinguitur colore capsulæ et operculi, statura quidquid minore foliisque latioribus.

Synonima hujusce speciei a Schwægrichenio mirum in modo confusa! *Bryum compactum* Dicksoni *(pl. crypt. brit. fasc.* 4, *p.* 15, *tab.* 11, *fig.* 11*)* quod huc traxit, ex Auctoribus Muscologiæ Britannicæ ad *Bryum nutans* spectat, et revera icon Dicksoni refert plantam a *Bryo carneo* habitu, statura et capsula abhorrentem, ut taceamus de illius descriptione ubi folia dicuntur arctissime imbricata, etc. Insuper ad varietatem *β. atropurpuream* Wahlenb. reduxit *Bryum bicolor* Dicks. quod pertinet ad *B. cæspiticium*; et *Bryum erythrocarpon* Web. et Mohr quod ipsissimum est ac illud Bridelii, uti jam supra monuimus, miserrime dilaceravit et retulit ad *B. erythrocarpon* suum, eo tempore quo synonimon Bridelii adposuit varietati nostræ. Denique *Bryum pulchellum* Hedw., quod cum omnibus fere Bryologis cum *carneo* conjungimus, distinctum voluit ex sola gracilitate caulis et directione foliorum.

19. Bryum nutans.

B. Caule brevi erecto simplici, foliis erectis lanceolatis acuminatis superne serratis nervo apicem attingente, capsula oblonga subpyriformi pendula, operculo convexo mucronulato.

Bryum nutans. *Schreb. spicil. fl. lips. p.* 81. *Brid. meth. p.* 120. *Arn. disp. meth. p.* 295. *Swartz musc. suec. p.* 46. *Voit musc. herbip. p.* 90. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 203, *tab.* 29. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 60. *Dub. bot. gall. p.* 552.

Webera nutans. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 10, *tab.* 4. *Ejusd. spec. p.* 68. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 51. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 382.

Hypnum nutans. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 289.

Dill. hist. musc. tab. 50, *fig.* 61.

In ericetis humidis prope *Bollate*, in collium et montium locis apricis haud infrequens.

Caulis vix semuncialis plerumque brevior, basi subnudus saturate purpureus. Folia pallide viridia nitentia, inferiora laxa brevia, superiora imbricata siccitate appressa plicatula. Seta unciam dimidiam et quidquid excedit longa purpurascens nitens. Capsula oblonga dilute badia, maturitate basi angustata et ad formam pyriformem accedens.

20. Bryum elongatum.

B. Caule erecto brevi simplici, foliis erectis lineari lanceolatis acutis marginibus inferne subrevolutis apice serratis nervo excurrente, capsula elongata clavata nutante, operculo conico mucronato.

Bryum elongatum. *Dicks. pl. crypt. brit. fasc.* 2, *p.* 8. *Arn. disp. meth. p.* 295. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 204, *tab.* 30. *Dub. bot. gall. p.* 522. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 371.

Webera elongata. *Schwægr. spec. musc.* 1, *p.* 48.

Pohlia elongata. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 96, *tab.* 36. *Ejusd. sp. p.* 171. *Brid. meth. p.* 115. *Swartz musc. suec. p.* 44. *Voit musc. herbip. p.* 70. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 72.

Leskea elongata. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 243.

Mnium Pohlia. *Hoffm. deutsch. fl.* 2, *p.* 48.

Bryum cylindricum. *Dicks. pl. crypt. brit.* 4, *p.* 12, *tab.* 11, *fig.* 4.

Bryum longicollum. *Swartz musc. suec. p.* 49 *et* 99, *tab.* 6, *fig.* 13. *Brid. meth. p.* 120.

Webera longicollis. *Hedw. sp. p.* 169, *tab.* 41. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 50.

Pohlia minor. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 70, *tab.* 74. *Brid. meth. p.* 115.

Hypnum longicollum. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 291.

Ad latera viarum umbrosarum in collibus *di Sesto-Calende*, et *Angera* ad Verbanum.

Caulis semuncialis saturate purpureus basi subnudus plerumque simplex. Folia inferiora laxa superiora imbricata pallide-viridia vel lutescentia siccitate plicata. Seta pallide rubra subuncialis, capsula maturitate suberecta.

Præcedenti affine sed capsularum forma abunde distinctum.

21. Bryum crudum.

B. Caule erecto simplici, foliis erectiusculis lanceolatis denticulatis nervo ante apicem evanescente perichætialibus angustioribus, capsula oblonga subpyriformi nutante, operculo convexo mamillato.

Bryum crudum. *Huds. fl. angl. p.* 491. *Brid. meth. p.* 119. *Arn. disp. meth. p.* 296. *Swartz musc. suec. p.* 49. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 198, *tab.* 28. *Dub. bot. gall. p.* 552.

Webera cruda. *Schwægr. sp. musc.* 1, *p.* 50.

Hypnum crudum. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 290.

Mnium crudum. *Linn. sp. p.* 1576. *Hedw. stirp.* 1, *p.*

99, *tab.* 37. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 65. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 373.

Dill. hist. musc. tab. 51, *fig.* 70.

Ad margines viarum umbrosarum in collibus prope *Angera* et *Sesto-Calende.*

Caulis semunciam longus basi nudus purpureus. Folia inferiora superioribus latiora et breviora pallide et amæne viridia nitentia subdistycha, siccitate tantum apice crispula. Seta caulem æquans rubra, capsula longa fusco-badia.

Obs. Pro tribus hisce ultimis speciebus, nempe *B. nutans, elongatum, crudum,* olim instituimus sectionem propriam, quam *Weberæ* nomine insignivimus, ast genus *Webera* Schwægrichenii (*sp. musc.* 1, *p.* 48) recte sanaque mente ponderatum, nec quidem sicuti sectionem subsistere potuit et delere debuimus.

HYPNOIDEÆ. *Arn. disp. meth. p.* 296.

V. ANOMODON.

Hook. et Tayl. musc. brit. p. 137, *tab.* 3, *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 19.

Neckeræ sp. *Hedw. DC. Dub. Arn.* Neckera et Antitrichia *Brid.* Anomodon et Neckeræ sp. *Spreng.*

Seta lateralis peristoma duplex exterius dentibus sexdecim interius ciliis sexdecim e latere dentium procedentibus: calyptra dimidiata.

1. Anomodon cladorhizans.

B. Caule decumbente ramoso ramis attenuatis compressis hinc inde radicantibus, foliis imbricatis suberec-

tis concavis ovato-lanceolatis acuminatis integris basi obsolete binerviis, capsula erecta ovata, operculo conico obtuso mucronulato incurvo.

Anomodon cladorhizans. *Bals. et De Not. mss.*

Neckera cladorhizans. *Hedw. sp. p.* 207, *tab.* 47, *fig.* 1—6. *Brid. meth. p.* 138. *Arn. disp. meth. p.* 301. *DC. fl. fr.* 2 *p.* 542. *Dub. bot. gall. p.* 1036. *Bals. et De Not. cent. I, n.* 3, *in Bibl. ital. tom.* 70.

In mæniis urbis.

Unciale ramosum, rami attenuati arcuati, radiculis rutilantibus ex foliorum axillis hinc inde prodeuntibus radicantes. Folia nitentia aureo-viridia, ferrugineaque, basi plicis duabus marginalibus angustata. Setæ ramis longiores solitariæ vel aggregatæ. Peristomium internum e ciliis e latere dentium nascentibus compositum.

Immerito Cl. Dub. in bot. gall. l. c. huic speciei tribuit folia evanidinervia cum semper binervia occurrant, saltem in speciminibus Mediolanensibus et Helveticis quæ pluries examinavimus.

Quoad radiculas ad apicem vel ad basim ramorum nascentes jam monuimus has constituere characterem parvi momenti, qua de re varietates duæ nimirum Americana et Europæa in quibus divisa fuit hæc species sunt eliminandæ.

Quamvis a Sprengelio in Systemate Vegetabilium genus *Anomodon* receptum sit tamen hanc speciem inter *Neckeras* reliquit, hoc satis probat illum ex sola librorum inspectione opus suum consarcinasse.

2. Anomodon viticulosum.

B. Caule repente ramoso, ramis subsimplicibus erectis, foliis imbricatis patentibus subsecundis ovato-lanceolatis obtusis integris nervo apicem attingente, capsula cylindracea erecta, operculo conico acuminato.

Anomodon viticulosum. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.*

138, *tab.* 22. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 19. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. II, n.* 21.

Neckera viticulosa. *Hedw. sp. p.* 209, *tab.* 48, *fig.* 4—8. *Brid. meth. p.* 138. *Arn. disp. meth. p.* 301. *Swartz musc. suec. p.* 71. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 240. *Voit musc. herbip. p.* 69. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 51. *Dub. bot. gall. p.* 553. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 338.

Hypnum viticulosum. *Linn. sp. p.* 1592.

Dill. hist. musc. tab. 39, *fig.* 43. *Vaill. tab.* 23, *fig.* 1.

Ad arborum truncos, in muris urbis et ad margines viarum et fossarum passim.

Caulis repens uncias duas tresve longus; rami erecti simplices vel bifidi unciales et ultra, apice subincurvi basi attenuati. Folia virentia opaca, inferiora sæpe decolorata lutescentia, undulata, siccitate crispata appressa. Setæ pollicares tortiles in parte superiore ramorum nascentes. Capsula badia erecta interdum inclinata.

VI. NECKERA.

Hook. et Tayl. musc. brit. p. 134, *tab.* 3.
Neckeræ sp. *Hedw. Brid. DC. Dub. etc.*

Seta terminalis, peristoma duplex exterius dentibus sexdecim interius ciliis sexdecim basi membrana brevi connexis: calyptra dimidiata.

1. Neckera crispa.

N. Caule repente ramoso ramis pinnatis, folii imbricatis distychis ovato-oblongis apice acuminulatis denticulatis transverse undulatis nervo brevi obsoleto, capsula ovata erecta, operculo rostrato.

Neckera crispa. *Hedw. sp. p.* 70. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 147. *Brid. meth. p.* 137. *Arn. disp. meth. p.* 300. *Swartz musc. suec. p.* 70. *Web. et Mohr bot. tasch. p.*

238. *Voit musc. herbip. p.* 67. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 136, *tab.* 22. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 52. *Dub. bot. gall. p.* 553. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 337. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. I, n.* 6.

Hypnum crispum. *Linn. sp. p.* 1589.

Dill. hist. musc. tab. 36, *fig.* 12.

Ad rupes umbrosas et latera viarum in locis collinis et montanis.

Caulis palmaris et longior, foliis minutis acuminatis vestitus, rami numerosi pinnati compressi unciales vel biunciales. Folia pallide viridia splendentia senio fusca ferruginea pulchre undulata. Seta semiuncialis pallide rubra, capsula rufo-badia.

Species elegantissima.

VII. FONTINALIS.

Hedw. fund. musc. 2, *p.* 97, *tab.* 9. *Schreb. gen. pl.* 761. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 307. *Brid. meth. p.* 186. *Arn. disp. meth. p.* 318. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 140, *tab.* 3. *Dub. bot. gall. p.* 553.

Fontinalis *sp. Linn.*

Seta lateralis, peristoma duplex exterius dentibus sexdecim interius ciliis sexdecim chlathris transversis connexis et conum reticulatum efficientibus: calyptra mitræformis.

1. Fontinalis antipyretica.

F. Caule longissimo fluitante ramoso, foliis trifariis erecto-patentibus late ovatis complicato-carinatis enerviis integris, capsula ovata-erecta foliis perichætialibus immersa, operculo conico acuto.

Fontinalis antipyretica. *Linn. sp. p.* 1571. *Hedw. sp.*

p. 298. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 307. *Brid. meth. p.* 186. *Arn. disp. meth. p.* 318. *Swartz musc. suec. p.* 72. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 376. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 140, *tab.* 22. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 19. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 53. *Dub. bot. gall. p.* 553. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 384.

Fontinalis trifaria. *Voit musc. herbip. p.* 125.

Dill. hist. musc. tab. 33, *fig.* 1. *Vaill. bot. paris. tab.* 33, *fig.* 5.

In fossis, aquæductibus, in aquis stagnantibus purioribus, et fontibus.

Caulis pedalis et ultra, undique et inordinate ramosus basi senio denudatus. Folia viridi-opaca vel fusca approximata carinata acuta, eximie trifaria unde caulis triqueter adparet, juniora laxa patentia pallidiora, perichætialia ovata concava obtusa.

« Infarctus muscus inter caminum et parietem ligneum « incendium penetrare non sinit » (*Linn. fl. suec. p.* 379) unde nomen specificum.

2. Fontinalis? juliana.

F. Caule fluitante ramoso vel simplici, foliis laxis patentibus alternis bifariis lanceolato-linearibus acutis integris nervo ante apicem evanescente.

Fontinalis? juliana. *Savi bot. etrusc.* 3, *p.* 107. *Dub. bot. gall. p.* 554. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 385.

Skitophyllum fontanum. *De la Pyl. journ. de bot.* 1814, *sem.* 2, *p.* 138, *tab.* 34, *fig.* 2 *(nobis non visa).*

Dicranum? semicompletum? *Arn. disp. meth. p.* 276.

Ad parietes graniticas fontium in suburbio.

Caulis uncialis vel sesquiuncialis plerumque simplex, rami si quidem adsunt breves, folia obscure viridia opaca verticalia in latere superiore basi duplicata (folia scalpelliformia. *Hedw.*).

Hæc planta, ubi opinionem nostram nobis proferre liceat, nil aliud est nisi surculus *Dicrani adianthoides*

submersionis causa elongatus et sterilis: plantæ enim illæ quæ ad aquarum superficiem proxime fluitantur folia latiora caulemque abbreviatum ostendunt. Foliorum forma insuper accedit ad illam Fissidentium ut merito Cl. Arnott ad Dicrana amandavit, tamen pro tempore nomen ab Illustri nostro Savio propositum retinuere placuit.

VIII. HYPNUM.

Hook. et Tayl. muscol. brit. p. 151, *tab.* 3. *Dub. bot. gall. p.* 554. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 22.

Hypni *sp. Linn.* Leskea, Hypnum, Climacium. *Auct.* Leskeæ et Hypni sp. *Web. et Mohr.*

Seta lateralis, peristoma duplex exterius dentibus sexdecim interius membrana in sexdecim segmenta æqualia divisa: ciliis plerumque interjectis: calyptra dimidiata.

Sect. I. Complanata. *Arn. disp. meth. p.* 306.

Surculi plani folia recta.

+ Capsula erecta.

1. Hypnum complanatum.

H. Caule procumbente pinnatim ramoso, foliis imbricatis distychis oblongis apiculatis integris enerviis, capsula ovata erecta, operculo oblique rostrato.

Hypnum complanatum. *Linn. sp. p.* 1588. *Arn. disp. meth. p.* 306. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 132. *tab.* 24. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 22. *Dub. bot. gall. p.* 554.

Leskea complanata. *Hedw. fund. musc.* 2, *p.* 93, *tab.* 10, *fig.* 62—65. *Ejusd. sp. p.* 231. *Brid. muscol.* 2, 2,

p. 34, *tab.* 1, *fig.* 2. *Ejusd. meth. p.* 143. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 163. *Swartz musc. suec. p.* 68. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 245. *Voit musc. herbip. p.* 76. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 46. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 341.

Dill. hist. musc. tab. 34, *fig.* 7.

In sylvis *del Ticino* et in collibus ad arborum truncos nec frequens.

Unciale et longior, rami præsertim inferiores apice attenuati. Folia pallida pellucida splendentia extima lanceolata. Seta semipollicem longitudine æquans purpurea lævis, capsula maturitate rufescens.

Pollinius et auctores Florarum Italiæ septentrionalis habent hanc speciem sequente multo frequentiorem dum nobis semper contrarium evenit ita ut probabile videatur ab illis cum *Hypno trichomanoide* commutatam fuisse.

2. Hypnum trichomanoides.

H. Caule procumbente ramoso, foliis distychis late acinaciformibus obtusis apice denticulatis nervo ad medium evanido, capsula ovata oblonga, operculo rostrato incurvo.

Hypnum trichomanoides. *Schreb. spicil. fl. lips. p.* 88. *Arn. disp. meth. p.* 306. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 152, *tab.* 24. *Dub. bot. gall. p.* 554. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. II, n.* 22.

Leskea trichomanoides. *Brid. muscol.* 2, 2, *p.* 36. *Ejusd. meth. p.* 143. *Hedw. sp.* 232. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 163. *Swartz musc. suec. p.* 58. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 246. *Voit musc. herbip. p.* 77. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 45. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 344.

Dill. hist. musc. tab. 34, *fig.* 8.

Ad pedes arborum et rivulorum margines in sylvis *della Merlata, Linate, del Ticino, Origgio, etc.*, vulgare.

Caulis uncialis rami obtusi curvati convexi. Folia viridia splendentia vel aurea convexiuscula apice evidenter denticulata marginibus sibi invicem incumbentia.

Seta pollicaris tortilis saturate purpurea lævis, capsula matura rufo-badia.

++ Capsula cernua.

3. Hypnum denticulatum.

H. Caule procumbente parce ramoso innovante, foliis laxis patentibus bifariis ovato-lanceolatis acuminatis integris basi nervis duobus brevibus divergentibus instructis, capsula oblongo-cylindrica inclinata, operculo conico.

Hypnum denticulatum. *Linn. sp.* 1588. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 81, *tab.* 31. *Ejusd. sp. p.* 237. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 187. *Brid. meth. p.* 153. *Arn. disp. meth. p.* 306. *Swartz musc. suec. p.* 52. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 153, *tab.* 24. *Dub. bot. gall. p.* 554. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 365.

Hypnum sylvaticum. *Linn. syst. p.* 950. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 182, *tab.* 82. *Brid. muscol.* 2, 2, *p.* 52, *tab.* 1. *fig.* 5. *Ejusd. meth. p.* 153. *Swartz musc. suec. p.* 52. *Web. et Mohr. bot. tasch. p.* 345. *Voit musc. herbip. p.* 111. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 40.

Dill. hist. musc. tab. 34, *fig.* 5—6. *Vaill. bot. paris. tab.* 28, *fig.* 9.

Ad ripas in locis umbrosis humidis in suburbio.

Caulis uncialis in ramos duos tresve divisus apice innovans et tunc longior. Folia splendentia pallida reticulata approximata, in ramis innovantibus angustiora, laxiora amæne viridia siccitate plicato-crispata unde magis distantia adparent. Seta semuncialis purpurea lævis capsula badia.

Nescimus qua ratione ducti Pollini et Sprengel tribuant huic speciei folia enervia, cum semper et distincte binervia occurrant, aut illi plantulam hanc non viderunt, aut non bene nec sufficienter examinarunt.

Hypnum obtusatum. Vahlenb. nil aliud est nisi varie-

tas hujus speciei, foliis obtusiusculis, in agro Mediolanensi hucusque nobis irreperta.

4. Hypnum riparium.

H. Caule decumbente vage vel pinnatim ramoso, foliis laxis patentibus distychis ovato-lanceolatis integris nervo supra medium evanido, capsula oblongo-cylindrica cernua, operculo conico mucronulato.

Hypnum riparium. *Linn. sp. p.* 1595. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 7, *tab.* 3. *Ejusd. sp. p.* 241. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 194. *Brid. meth. p.* 157. *Arn. disp. meth. p.* 306. *Swartz musc. suec. p.* 63. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 331. *Voit musc. herbip. p.* 111. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 152, *tab.* 24. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 20. *Dub. bot. gall. p.* 554. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 357. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. II, n.* 23.

Hypnum trichopodium. *Schultz. fl. stargad. p.* 324. *Brid. meth. p.* 158.

* Hypnum longifolium et obscurum. *Brid. meth. p.* 158. *Dill. hist. musc. tab.* 40, *fig.* 44. B. C. D.

Ad palos aquæductuum et ad terram in locis humidis et interdum inundatis.

Caulis biuncialis et longior humi procumbens vel palis adnatus vage vel pinnatim ramosus quandoque subsimplex. Folia luteo-viridia splendentia laxe imbricata distycha siccitate paulum crispa plus vel minus lata. Seta a semiuncia ad unciam longa lævis amæne purpurea vix tortilis, capsula badia.

Species valde ludibunda quoad longitudinem et divisionem caulis, quoad folia plus vel minus lata, quoad nervum qui in nonnullis speciminibus medium tantum attingit, in aliis prope apicem evanescit et quoad longitudinem pedunculorum.

Præeuntibus Clariss. Bryol. Schwægr. Arnott. Hook. et Taylor species Bridelii nuper citatas cum Hypno ripario conjunximus etenim ex descriptionibus earum inter

se invicem affinitas patet et ipse Bridel in methodo muscorum l. c., convenit de illarum specierum infirmitate, cum dicat « ut ut sit per me nihil obstat quin *H. trichopodium*, *longifolium* imo et *obscurum* abhinc sub « *Hypno ripario* tamquam varietates constantes militent. »

Sect. II. Dendroidea. *Arn. disp. meth. p.* 307.

Surculi teretiusculi inferne denudâti supernes ramosi, folia recta undique imbricata.

5. Hypnum dendroides.

H. Caule erecto inferne nudo superne fastigiatim ramoso, foliis imbricatis erecto-patentibus ovatis vel oblongo-lanceolatis obtusis serratis nervo ante apicem desinente, capsula ovato-oblonga erecta, operculo rostrato.

Hypnum dendroides. *Linn. sp. p.* 1593. *Arn. disp. meth. p.* 307. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 168, *tab.* 25. *Dub. bot. gall. p.* 555.

Climacium dendroides. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 252. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 141, *tab.* 81. *Brid. meth. p.* 142. *Voit musc. herbip. p.* 77. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 50. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 340.

Leskea dendroides. *Hedw. sp. p.* 228.

Neckera dendroides. *Swartz musc. suec. p.* 71.

Dill. hist. musc. tab. 40, *fig.* 48. *Vaill. bot. paris. tab.* 26, *fig.* 6.

In sylvis et in locis sterilibus vulgare.

Caulis erectus, si mavis rami, unciam et dimidiam vel duas longus inferne simplex superne dense fastigiatimque ramosus. Folia caulina laxa appressa amplectentia late ovato-triquetra apiculata integra nervo subexcurrente donata, ramea striata margine quandoque irregulariter reflexa luteo-viridia splendentia. Setæ numerosæ semi-unciales vel paulo longiores subaggregatæ læ-

ves pallide. rubræ, capsula fusco-rufa basi angustata; columella exserta, segmenta peristomii hinc inde pertusa.

6. Hypnum alopecurum.

H. Caule erecto inferne simplici et denudato superne fastigiatim ramoso, foliis imbricatis patentibus ovato-oblongis acutis concavis margine planis fortiter serratis nervo sub apice evanescente, capsula ovata cernua, operculo rostrato.

Hypnum alopecurum. *Linn. sp. p.* 1594. *Hedw. sp. p.* 267. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 265. *Brid. meth. p.* 164. *Arn. disp. meth. p.* 307. *Swartz musc. suec. p.* 60. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 307. *Voit musc. herbip. p.* 94. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 168, *tab.* 25. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 25. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 28. *Dub. bot. gall. p.* 555. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 351.

Hypnum arbuscula. *Brid. muscol.* 1, 2, *p.* 96 (*non Hook*).

Dill. hist. musc. tab. 41, *fig.* 49. *Vaill. bot. paris. tab.* 23, *fig.* 5.

Ad saxa in locis umbrosis montium supra *Erba.*

Caulis uncias duas, tres, quatuorve longus plerumque erectus inferne simplex, superne in ramos plures fastigiatos iterum ramosos divisus, rami erecti vel diversimode curvati. Folia caulina laxa late ovata acuminata integra nervo sub apice evanescente donata, lutescentia, ramea amæne viridia splendentia. Seta uncialis purpurea lævis, capsula fusca.

Folia hujusce speciei a nonnullis margine reflexa dicuntur quod in nostris plantis non videmus.

Caule et ramorum divisione præcedenti accedit, foliorum forma et dispositione *Hypno myuro*, ab utroque vero distinctissimum.

Sect. III. Illecebra. *Arn. disp. meth. p.* 307.

Surculi teretiusculi varie ramosi, folia recta imbricata ovata vel elliptica obtusa vel apiculata valde concava.

7. Hypnum purum.

H. Caule ramoso pinnato, foliis arcte imbricatis appressis ellipticis apiculatis valde concavis apice subdenticulatis nervo supra medium evanido, seta lævi, capsula ovata cernua, operculo conico mucronulato.

Hypnum purum. *Linn. sp. p.* 1594. *Hedw. sp. p.* 253, *tab.* 66, *fig.* 3—6. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 126. *Brid. meth. p.* 160. *Arn. disp. meth. p.* 308. *Swartz musc. suec. p.* 60. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 316. *Voit musc. herbip. p.* 112. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 162, *tab.* 24. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 22. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 32. *Dub. bot. gall. p.* 555. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 348. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. I*, *n.* 7.

Dill. hist. musc. tab. 40, *fig.* 45. *Vaill. bot. paris. tab.* 28, *fig.* 3.

In sylvis et in locis sterilibus dumetosis frequentissimum.

Unciale vel biunciale simplex vel divisum, divisiones plus vel minus dense pinnatæ, pinnæ obtusæ arcuatæ. Folia pallide viridia splendentia quandoque prorsus decolorata vel aurea, perichætialia oblongo-lanceolata acutissima enervia. Seta uncialis et longior lævis nitida amæne rutilans. Capsula matura badio-fusca.

8. Hypnum Schreberi.

H. Caule ramoso pinnato compresso, foliis imbricatis suberectis ellipticis obtusis apiculatis concavis integris nervis duobus brevibus instructis, seta lævi, capsula ovata cernua, operculo conico mucronulato.

Hypnum Schreberi. *Wild. prodr. fl. berolin. p.* 325. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 227. *Brid. meth. p.* 159. *Arn. disp. meth. p.* 308. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 340. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 159, *tab.* 24. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 32. *Dub. bot. gall. p.* 555. *Bals. et De Not. cent. I, n.* 8, *in Bibl. ital. tom.* 64 (*ubi pro errore Swartz loco Wild. citatur*). *Eorund. Musc. Mediol. exsicc. fasc. I, n.* 8.

Hypnum muticum. *Swartz musc. suec. p.* 60. *DC. fl. fr.* 2, *p.* 521.

Hypnum compressum. *Schreb. spicil. fl. lips., p.* 96. *Voit musc. herbip. p.* 121.

Dill. hist. musc. tab. 40, *fig.* 47.

In sylvis *della Merlata, d'Origgio* et in collibus vulgare.

Biunciale et longior eleganter pinnatum rami patentes arcuati attenuati. Folia viridia splendentia marginibus superne involutis, perichætialia oblongo lanceolata. Seta pollicem circiter longa, saturate purpurea, capsula fusco-badia. Caulis foliis denudatus et madefactus colore amæne purpureo gaudet.

Ludit statura minore, ramisque inordinato-pinnatis.

Præcedenti cujus habitum quodammodo refert affine sed abunde distinctum. Ab *Hypno cuspidato* cui nonnulli affine dicunt, saltem uti nobis videtur immerito, distinguitur habitu prorsus alieno ut taceamus de aliis exentialibus characteribus.

9. Hypnum murale.

H. Caule repente ramoso, ramis confertis simplicibus, foliis imbricatis suberectis late ovatis apiculatis concavis integris, nervo supra medium evanido seta lævi, capsula ovata cernua, operculo convexo rostrato, rostro subulato.

Hypnum murale. *Hewd. stirp.* 4, *p.* 79, *tab.* 30. *Ejusd. sp. p.* 240. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 198. *Brid. meth. p.* 168. *Arn. disp. meth. p.* 308. *Swartz musc. suec. p.* 67.

Web. et Mohr bot. tasch. p. 323. *Voit musc. herbip. p.* 110. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 161, *tab.* 24. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 32. *Dub. bot. gall. p.* 556. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 351 (*excl. H. clavellatum Hedw.*). *Smith comp. fl. brit. ed.* 5, *p.* 196. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. II, n.* 24.

Hypnum abbreviatum. *Hedw. sp. p.* 249, *tab.* 65, *fig.* 1—4.

Hypnum confertum. *Smith engl. bot. tab.* 1038 (*nob. non visa*).

Dill. hist. musc. tab. 41, *fig.* 52.

Ad muros vetustos muscosos, in mæniis urbis septentrionem versus et ad rupes in montanis supra *Erba.*

Cæspitosum repens, rami conferti semiunciales apice attenuati. Folia obscure viridia vel ferruginea marginibus involutis, obtuse apiculata, perichætialia acuminata, enervia, pallida, omnia integra, contra Voit. Seta subuncialis ramis longior purpurea, capsula fusca. Operculum rutilans rostratum, rostrum subulatum capsulam subæquans.

Sect. IV. Leskea. *Arn. disp. meth. p.* 309.

Surculi teretiusculi vage ramosi, folia subovata acuminata integra, capsula erecta.

10. Hypnum subtile.

H. Caule repente ramoso, ramis confertis implexis filiformibus simplicibus, foliis laxis patentibus remotis lanceolatis acutis integris enerviis, seta lævi capsula cylindrica erecta, operculo acute conico.

Hypnum subtile. *Hoffm. deutsch. fl.* 2, *p.* 70 (*non Brid. nec Dicks. nec Smith*). *Arn. disp. meth. p.* 309. *Dub. bot. gall. p.* 556.

Leskea subtilis. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 23, *tab.* 9. *Ejusd. sp. p.* 221. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 176. *Brid. meth.*

p. 146 *(excl. syn. Angl.). Swartz musc. suec. p.* 69. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 250. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 342 *(excl. syn. Dill. quod spectat ad H. serpens).*

Ad truncos fagi in montibus supra *Erba.*

Cæspites latos unciales vel biunciales truncis adhærentes efformat. Caulis et rami plerumque simplices tenuissimi intricati. Folia minuta, amæne viridia nitentia, in nostris speciminibus omnino enervia, siccitate appressa, perichætialia decolorata. Seta lævis rutilans, quartam unciæ partem et quidquid excedit longa, capsula erecta cinnamomea.

Planta tenuitate ramorum insignis a varietatibus minoribus *Hypni serpentis* præprimis foliis enerviis capsulaque cylindrica erecta distincta.

Hypnum subtile Dicks. Smith. et Turn. quod nonnulli trahunt ad hanc speciem, monentibus Cl. Hook et Tayl. qui herbarium Dillenianum examinarunt, spectat ad *Hypnum serpens.*

Synonimon Martii (fl. crypt. erlang. p. 48) omisimus, nam planta Martiana non parum a nostra specie distat, foliis subsecundis nervo obsoleto instructis capsulaque subcernua.

Sect. V. Serpentia. *Arn. disp. meth. p.* 310.

Surculi teretiusculi, folia recta ovato-acuminata subintegerrima extriata, capsula cernua.

11? Hypnum tenellum.

H. Caule repente ramoso, ramis fasciculatis confertis, foliis erectis secundis subfasciculatis lanceolato-subulatis integris, nervo apicem plerumque attingente, seta lævi capsula ovata cernua, operculo conico rostrato.

Hypnum tenellum. *Dicks. pl. crypt. brit.* 4, *p.* 16, *tab.* 11, *fig.* 12. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 161, *tab.* 144? *Arn. disp. meth. p.* 310. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.*

155, *tab.* 24. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 22. *Dub. bot. gall. p.* 556.

Hypnum algirianum. *Desfont. fl. atl.* 2, *tab.* 258, *fig.* 2 *(non visa). Brid. meth. p.* 168. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 352.

Pterigynandrum algirianum. *Brid. muscol.* 2, 1, *p.* 65, *tab.* 6, *fig.* 1.

Ad muros vetustos Mediolani et Novocomi.

Caulis repens, muris quos late investit adhærens, rami fasciculati erectiusculi. Folia juniora læte viridia, adulta lutescentia secunda, nervo apicem attingente vel infra apicem evanido instructa, perichætialia late ovata, longe acuminata. Seta saturate purpurea vix pollicem dimidium æquans. Capsula matura badia, operculi rostrum capsula brevior.

« *This moss is but little known to continental writers* » sic Celeberr. Hook. et Tayl., et forsan non immerito; nam plantæ nostræ quæ omnibus numeris conveniunt cum speciminibus comunicatis a Perillustri Fiorini Mazzanti, nervo qui non semper apicem attingit et directione omninò secunda foliorum differunt ab *Hypno tenello*, quod in Muscol. Britannica et in Botanicon Gallico militat inter Hypna foliis directione æqualibus. Insuper ex descriptionibus Bridelii, qui huic speciei tribuit folia surrecta et Schwægrichenii et Pollinii qui folia seminervia dicunt, dum inventor ipse Dicksonus et Smithius enervia declarant, concludere fas est, vel hanc speciem summopere variabilem esse, vel non omnibus rite cognitam. Demum Iconem Schwægrichenii vituperandam censemus, nam folia ovato-lanceolata denticulata, nec lanceolato-subulata integra et operculum conicum nec rostratum repræsentat.

Specimina quæ habuimus a Schleichero sub nomine *Hypni Algiriani* spectant absque ullo dubio ad *Hypnum serpens.*

Hanc plantam, anteposito dubitationis signo, in sec-

tione Serpentium reliquimus, cum melius inter illa foliis secundis distincta militaret.

12. Hypnum serpens.

H. Caule repente ramoso, ramis confertis erectiusculis, foliis patentibus ovato-lanceolatis obtusiusculis integris nervo plerumque apicem attingente, capsula oblonga cylindrica arcuata cernua, operculo conico brevi mucronulato.

Hypnum serpens. *Linn. sp. p.* 1596. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 45, *tab.* 18. *Ejusd. sp. p.* 268. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 260. *Brid. meth. p.* 183. *Arn. disp. meth. p.* 310. *Swartz musc. suec. p.* 65. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 300 *(excl. H. tenellum Dicks. et Seligeri Brid.). Voit musc. herbip. p.* 113. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 155, *tab.* 24. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 15. *Dub. bot. gall. p.* 556. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 364.

Hypnum catenulatum. *Bals. et De Not. cent.* 2, *n.* 4, *in Bibl. ital. tom.* 70. *(non Brid.).*

Hypnum contextum. *Hedw. sp.* 278, *tab.* 72, *fig.* 5—12.

Hypnum spinulosum. *Hedw. sp. p.* 269, *tab.* 69, *fig.* 5—10.

Hypnum fragile. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 258; *et suppl.* 2, 2, *p.* 162, *tab.* 145.

Hypnum tenue. *Schrad. crypt. exsicc. n.* 81.

Hypnum subtile. *Dicks. pl. crypt. brit.* 4, *p.* 16 *(non Hoffm.). Smith. fl. brit.* 3, *p.* 1277, *et engl. bot. tab.* 2496 *(non visa).*

Dill. hist. musc. tab. 42, *fig.* 64. *Vaill. bot. paris. tab.* 28, *fig.* 6.

Ad arborum truncos, ad muros et ad terram in locis neglectis umbrosis passim.

Cæspitosum, rami conferti a duabus vel tribus lineis ad semiunciam longi, simplices vel ramosi. Folia saturate viridia siccitate appressa plana, cællulæ marginales reliquis ampliores ut bene observavit Martius. Nervus

longitudine summopere ludens. Seta a semiuncia ad unciam longa, purpurea, lævis. Capsula maturitate badia.

Species polymorpha quoad ramorum longitudinem et directionem, quoad folia plus vel minus imbricata, plana vel concaviuscula, plus minus lata, interdum acuta, quoad nervum excurrentem vel medium tantum attingentem vel pene obsoletum; ita ut varietates limitibus certis definitis statui nequeant.

Hypnum serpens γ. clavatum Martii l. c. nonne species ab hac diversa censenda? Præter characteres desumptos e dispositione foliorum et forma, et nervi longitudine differt ab *Hypno serpente*, capsula ovata erecta, operculoque conico elongato acuto.

Hypnum fluviatile Funk, *flagelliforme*, *radicale*, *subtile*, *inordinatum*, *et orthocladon* Brid. huc quoque spectant ex auctoribus Muscol. Britannicæ, et revera comparatis descriptionibus, discrimina inter illas species nullius momenti videntur et ipse Bridel quandoque convenit de illarum identitate.

Sect. VI. Ptychophylla. *Arn. disp. meth. p.* 312.

Surculi teretiusculi vage ramosi, folia lanceolata integra striata, capsula erecta vel cernua.

13. Hypnum rufescens.

H. Caule erecto vel ascendente parce ramoso, foliis dense imbricatis erecto-patentibus lanceolatis striatis acuminatissimis integris nervis duobus brevibus obsoletis basi instructis, seta lævi, capsula oblonga erectiuscula, operculo conico acuminato incurvo.

Hypnum rufescens. *Dicks. pl. crypt. brit.* 3, *p.* 9, *tab.* 8, *fig.* 4. *Brid. spec. musc.* 2, *p.* 118. *Arn. disp. meth. p.* 312. *Swartz musc. suec. p.* 61. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 342. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 164, *tab.* 25. *Dub. bot. gall. p.* 556.

Leskea rufescens. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 178, *tab.* 88. *Brid. meth. p.* 143. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 344.

In fissuris rupium in monte *di Canzo.*

Caulis uncialis et longior compressiusculus in ramos tres vel quatuor erectos divisus. Folia e luteo-rufescentia aurea, juniora pallide viridia. Seta lævis subuncialis rubra. Capsula fuscella, operculum rutilans apice incurvum.

In nonnullis speciminibus observantur ramuli tenuiores graciles sub apice caulis nascentes, quæ, foliis magis laxis et subsecundis. quodammodo referunt *Hypnum incurvatum*, sicuti optime animadverterunt Acutissimi Hooker et Taylor.

14. Hypnum sericeum.

H. Caule repente ramoso, ramis confertis ascendentibus, foliis arcte imbricatis erecto-patentibus lanceolatis acuminatis striatis obscure denticulatis, nervo supra medium evanido, seta scabra, capsula ovato-oblonga erecta, operculo conico.

Hypnum sericeum. *Linn. sp. p.* 1595. *Arn. disp. meth. p.* 312. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 165, *tab.* 25. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 23. *Dub. bot. gall. p.* 556. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. II, n.* 25.

Leskea sericea. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 43, *tab.* 17. *Ejusd. sp.* 228. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 178. *Brid. meth. p.* 144. *Swartz musc. suec. p.* 69. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 249. *Voit musc. herbip. p.* 72. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 49. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 241.

Dill. hist. musc. tab. 42, *fig.* 19. *Vaill. bot. paris. tab.* 27, *fig.* 3.

Ad muros vetustos et arborum truncos vulgare.

Caulis repens uncialis vel biuncialis, rami simplices breves vel elongati pinnati, siccitate curvati. Folia siccitate appressa, superiora aliquando secunda, luteo-viridia splendentia, perichætialia latiora ad apicem piliformia,

decolorata. Seta tortilis uncia minor purpurea, capsula badia.

15. Hypnum lutescens.

H. Caule procumbente ramosissimo, ramis subpinnatis, foliis arcte imbricatis erecto patentibus lanceolatis acuminatis striatis integris nervo supra medium evanido, seta scabriuscula, capsula ovata cernua, operculo conico acuminato.

Hypnum lutescens. *Huds. fl. angl. p.* 421. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 40, *tab.* 16. *Ejusd. sp. p.* 274. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 237. *Brid. meth. p.* 172. *Arn. disp. meth. p.* 312. *Swartz musc. suec. p.* 65. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 314. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 166, *tab.* 25. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 17. *Dub. bot. gall. p.* 556. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 367. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. I, n.* 9.

Climacium lutescens. *Voit musc. herbip. p.* 79.

Dill. hist. musc. tab. 48, *fig.* 60. *Vaill. bot. paris. tab.* 27, *fig.* 1.

In mæniis urbis et in locis aridis haud rarum.

Caulis ab uncia una ad tres longus rigidiusculus, rami inordinate vel pinnatim ramosi plerumque erecti. Folia luteo viridia splendentia, siccitate appressa. Seta uncialis purpurea tuberculis minimis hinc inde exasperata. Capsula badia.

16. Hypnum salebrosum.

H. Caule repente vage pinnatimque ramoso, foliis imbricatis suberectis ovato-lanceolatis acuminatis striatis margine subreflexis serratis, nervo supra medium evanido, seta lævi, capsula ovata cernua, operculo conico mucronulato.

Hypnum salebrosum. *Hoffm. deutsch. fl.* 2, *p.* 74. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 237. *Brid. meth. p.* 172. *Arn.*

disp. meth. p. 312. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 166, *suppl. tab.* 5. *Grevill. scott. crypt. fl.* 4, *tab.* 184. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 25. *Dub. bot. gall. p.* 557.

Hypnum plumosum. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 37, *tab.* 15 (*non Linn.*).

Ad terram in sylvis *del Ticino, della Merlata, di Redecesio, di Origgio, etc.*, tum et in collibus vulgare.

Repens unciale, biunciale et ultra, rami simplices vel divisi erectiusculi longitudine varii. Folia pallide vel intense viridia, sæpe in eodem individuo nitentia vel opaca, in ramis junioribus laxiuscula. Seta uncialis vel paulo minor lævis saturate purpurea. Capsula badia vel rufescens.

Ab affine *Hypno lutescente* distinguitur habitu prorsus alieno, caulibus repentibus, colore et flacciditate foliorum, setisque lævibus.

17. Hypnum albicans.

H. Caule ascendente parce ramoso, ramis simplicibus, foliis arcte imbricatis suberectis ovato-lanceolatis acuminatis concavis integris striatis nervo supra medium evanido. Seta lævi, capsula ovata cernua, operculo conico.

Hypnum albicans. *Neck. meth. p.* 180. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 13, *tab.* 5. *Ejusd. sp. p.* 251. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 214. *Brid. meth. p.* 174. *Arn. disp. meth. p.* 312. *Swartz musc. suec. p.* 64. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 330. *Voit musc. herbip. p.* 122. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 167, *tab.* 25. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 557.

Dill. hist. musc. tab. 42, *fig.* 63. *Vaill. bot. paris. tab.* 26, *fig.* 9.

In mæniis urbis et in locis graminosis siccis, raro fructificans.

Unciale vel biunciale, rami breves erecti teretes subjulacei, folia pallide lutescentia splendentia concava, plicis duobus regularibus nervos duos mentientibus instruc-

ta, plus minus lata, constanter integerrima, longe acuminata, siccitate appressa.

Quamvis individua nostra exacte referant Iconem Hedwigii, tamen, ex inspectione speciminum extantium in collectionibus muscorum exsiccatorum, videmus hanc plantam multum variabilem esse pro loci natalis diversitate. Specimina Hobsonii habent ramos valde elongatos, folia potius laxa et lutescentia, subdistycha, ex angusta basi ovato-lanceolata et sub vitris augentioribus denticulis nonnullis ad apicem instructa et accedunt varietati cuidam *Hypni salebrosi* quam legimus in sylvis *della Merlata* et quam diu pro *Hypno albicante* in herbariis servavimus; ita ut non miramur Celeber. Auctores Muscol. Britannicæ dixisse, discrimina inter *H. lutescens* et *albicans*, et *salebrosum*, et *nitens* difficillima evadere. Specimina Brebissonii sistunt plantas ramis crassiusculis foliisque arcte imbricatis virescentibus late ovatis acuminatis minus regulariter striatis, quibus characteribus et habitu non paullum recedunt ab illis Hobsonii et a nostris. Exemplaria Helvetica tandem, quæ nobis comparavimus a Schleichero, habent caulem gracillimum decumbentem, folia ovato-lanceolata integra regulariterque striata. Hisce præmissis cum Web. et Mohr meliori attentioni non indignam hanc plantam dicimus.

18. Hypnum nitens.

H. Caule ascendente ramoso, ramis simplicibus compressiusculis, foliis imbricatis erecto-patentibus lanceolatis acuminatis integris striatis nervo ante apicem evanescente, seta lævi, capsula ovato-oblonga arcuata cernua, operculo conico.

Hypnum nitens. *Schreb. spicil. fl. lips. p.* 92. *Hedw. sp. p.* 255. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 291. *Brid. meth. p.* 159. *Arn. disp. meth. p.* 312. *Swartz musc. suec. p.* 62. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 314. *Voit musc. herbip. p.* 121. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 167, *tab.* 25. *Mart. fl.*

crypt. erlang. p. 30. *Dub. bot. gall. p.* 557. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 346.

Hypnum trichodes. *Pollich. palat.* 3, *p.* 160.

Dill. hist. musc. tab. 39, *fig.* 37. *Vaill. bot. paris. tab.* 27, *fig.* 11.

In paludibus spongiosis prope *Cassano.*

Caulis sesquiuncialis vel biuncialis inferne radiculis ferrugineis tomentosus, rigidus. Rami pauci pinnatim dispositi erectiusculi. Folia nitentia aurea vel rufescentia, siccitate appressa, in extremitate ramorum subdistycha, marginibus quandoque obscure reflexa integerrima, perichætialia longiora. Seta lævis uncialis et longior, rutilans.

Huc quoque spectat ex Bridelio Iconem 28, fig. 11. Vaillantii quæ tamen habitu recedit ab hac specie.

Sect. VII. Tamariscina. *Dub. bot. gall. p.* 557, *ex Arn. not. mss.*

Surculi bi-tripinnatim ramosi, folia cordata vel ovato-lanceolata, capsula cernua.

19. Hypnum splendens.

H. Caule ascendente tripinnato, foliis imbricatis erecto patentibus ovatis longe acuminatis concavis marginibus reflexis serratis basi breviter binerviis, seta lævi, capsula ovata cernua, operculo longe rostrato.

Hypnum splendens. *Hedw. sp. p.* 262, *tab.* 67, *fig.* 7—9. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 237. *Brid. meth. p.* 163. *Arn. disp. meth. p.* 312. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 338. *Voit musc. herbip. p.* 105. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 170, *tab.* 25. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 34. *Dub. bot. gall. p.* 557. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 349.

Hypnum parietinum. *Swartz musc. suec. p.* 53.

Dill. hist. musc. tab. 35, *fig.* 13. *Vaill. bot. paris. tab.* 29, *fig.* 1.

In sylvis et pascuis apricis collium et montium vulgare. Tota planta sæpe palmaris et longior, caulis rigidus ruber. Folia splendentia pallide viridia vel lutescenti-aurea ovata abrupte acuminata prope apicem undulata in ramis extimis obtusiuscula. Seta uncialis purpurea. Capsula e basi angusta ovata pallide rufa.

20. Hypnum tamariscinum.

H. Caule ascendente bi-vel tripinnato, foliis imbricatis patentibus serratis dorso papillosis, caulinis cordato-triquetris acuminatissimis striatis nervo infra apicem evanido, rameis ovatis subacutis nervo simplici supra medium evanescente vel breviter binerviis, seta lævi, capsula ovato-oblonga cernua, operculo rostrato.

Hypnum tamariscinum. *Hedw. sp. p.* 261, *tab.* 67, *fig.* 1—5. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 236. *Brid. meth. p.* 164. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 233. *Voit musc. herbip. p.* 102. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 33. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 350. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. I, n.* 10.

Hypnum proliferum. *Linn. sp.* 1590. *Arn. disp. meth. p.* 312. *Swartz musc. suec. p.* 53. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 170, *tab.* 25. *Dub. bot. gall. p.* 557.

Hypnum recognitum. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 92, *tab.* 35. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 236.

Hypnum delicatulum. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 87, *tab.* 33. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 236.

Hypnum parietinum. *Wild. prodr. fl. berolin. p.* 322. *Dill. hist. musc. tab.* 35, *fig.* 14, *et* 83, *fig.* 6. *Vaill. bot. paris. tab.* 25, *fig.* 1.

In mæniis urbis, sylvis siccis et collibus passim.

Caulis ab unciis duabus ad quatuor sexve longus ascendens vel procumbens, rutilans. Folia virescentia vel fusca siccitate appressa opaca, ramea plerumque obtusiuscula, nervo duplici brevi vel simplici medium supe-

rante donata, interdum obsoleto. Seta uncialis saturate purpurea. Capsula rufo-fusca.

Quod *Hypnum delicatulum*, *recognitum*, et *tamariscinum* una eademque sint species omnes fere Muscologi contra Smithium conveniunt. Interim admonuisse sufficiat, quod hæc species multum ludit statura, gracilitate, et divisione caulium pro diversa loci natalis conditione.

Quid sibi velit in Muscologia Britanica citatio Bridelii meth. musc. p. 163, sub *Hypno prolifero* non intelligimus.

Sect. VIII. Myura. *Arn. disp. meth. p.* 312.

Surculi teretiusculi varie ramosi, folia ovato-lanceolata-vel lanceolata serrata, capsula erecta.

21. Hypnum myurum.

H. Caule repente ramoso ramis utrinque attenuatis simplicibus vel fasciculatim ramosis ascendentibus curvatis, foliis erecto-patentibus concavis ovato-ellipticis apice serratis nervo supra medium evanido, seta lævi, capsula ovata erecta, operculo rostrato.

Hypnum myurum. *Pollich. palat.* 3, *p.* 170, *fig.* 8. *Brid. meth. p.* 164. *Dub. bot. gall. p.* 557.

Hypnum curvatum. *Swartz musc. suec. p.* 64. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 267. *Arn. disp. meth. p.* 312. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 307. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 169, *tab.* 25. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 25. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 27. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 366.

Hypnum myosuroides. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 20, *tab.* 8 (*non Linn.*).

Leskea curvata. *Voit musc. herbip. p.* 72.

Dill. hist. musc. tab. 41, *fig.* 50. *Vaill. bot. paris. tab.* 23, *fig.* 4.

Ad pedes arborum in sylvis *del Ticino* et in collibus *della Brianza*.

Caulis ab uncia ad duas longus basi sæpius denudatus. Folia pallida, marginibus reflexis versus apicem planis, plerumque acuta, interdum vero obtusiuscula, nervus simplex vel supra medium folii bipartitum. Seta uncia minor tortilis, capsulaque amæne purpureæ.

Species elegans habitu peculiari quodammodo ad *H. alopecurum* accedens sed ab eo satis superque distincta.

Sect. IX. Rutabula. *Arn. disp. meth. p.* 312.

Surculi inordinate ramosi raro pinnati, folia ovato-lanceolata serrata, capsula cernua.

22. Hypnum abietinum.

H. Caule ascendente pinnato, foliis imbricatis patentibus margine reflexis serrulatis dorso papillosis nervo ante apicem evanescente caulinis late cordatis acuminatis rameis cordato-ovatis subacutis, seta lævi, capsula cylindracea inclinata, operculo conico.

Hypnum abietinum. *Linn. sp. p.* 1591. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 84, *tab.* 32. *Ejusd. sp. p.* 353. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 232. *Brid. meth. p.* 163. *Arn. disp. meth. p.* 312. *Swartz musc. suec. p.* 54. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 332. *Voit musc. herbip. p.* 118. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 174, *tab.* 25. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 33. *Dub. bot. gall. p.* 558. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 348. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. I, n.* 11.

Dill. hist. musc. tab. 35, *fig.* 17. *Vaill. bot. paris. tab* 29, *fig.* 12.

In mæniis urbis et in locis aridis sylvaticis vulgare, ast semper sterile.

Caulis biuncialis vel triuncialis purpureus rigidiusculus fragilisque in statu sicco, dense pinnatus, pinnæ sic

citate subulatæ suberectæ. Folia læte viridia arefactione appressa.

Cl. Voit immerito pro papillis marginalibus habuit dentes foliorum hujusce speciei.

23. Hypnum punctulatum.

H. Caule repente ramoso ramis brevissimis, foliis imbricatis patentibus ovato-acuminatis concavis punctulatis marginibus subreflexis obscure denticulatis vel integris nervo apicem attingente, seta lævis prælonga, capsula oblonga arcuata cernua, operculo conico obtusiusculo.

Hypnum punctulatum. *Bals. et De Not. bryol. Mediol. mss.*

Habitat ad terram in pinetis *di Origgio* et in collibus supra *Sesto-Calende*.

Caulis semiuncialis vel paulo longior repens basi denudatus radiculosus, rami lineam unam vel duas longi, approximati teretes obtusiusculi simplices erecti vel curvuli. Folia siccitate appressa, obscure viridia, opaca, papillis minutissimis dorso exasperatis, margine subreflexa, nervo pro tenuitate foliorum valido donata, integra vel hinc inde obscure denticulata, perichætialia caulinis quadruplo longiora, oblonga lanceolata acutissima, lævia, nervosa, pallida. Seta uncialis lævis intense purpurea. Capsula oblonga arcuata cernua, operculum conicum obtusiusculum.

Nomine propio insignivimus hanc plantam quam distinctam nec adhuc descriptam putamus.

24. Hypnum prælongum.

H. Caule repente pinnato vel irregulariter bipinnato foliis laxis patentibus cordatis vel ovatis acuminatis serratis nervo ante apicem evanido, seta scabra, capsula ovata cernua, operculo rostrato.

Hypnum prælongum. *Linn. sp. p.* 1591. *Hedw. stirp.*

4, *p.* 76, *tab.* 29. *Ejusd. sp. p.* 258. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 277. *Brid. meth. p.* 156. *Arn. disp. meth. p.* 312. *Swartz musc. suec. p.* 64. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 336. *Voit musc. herbip. p.* 107. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 172, *tab.* 25. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 18. *Dub. bot. gall. p.* 558. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 345.

Hypnum speciosum. *Brid. meth. p.* 156.

Hypnum orthorynchum. *Brid. meth. p.* 157.

Hypnum filescens. *Brid. spec.* 2, *p.* 170.

Hypnum Clarioni. *DC. fl. fr.* 2, *p.* 520 *(ex Dub.)*.

Hypnum Stokesii *Smith. fl. brit.* 3, *p.* 1300. *Ejusd. engl. bot.* 29, *tab.* 2036 *(m. v.)*.

Hypnum Swartzii. *Turn. musc. hib. p.* 151, *tab.* 14, *fig.* 1 *et* 2 *(m. v.)*. *Smith. fl. brit.* 3, *p.* 1293. *Ejusd. engl. bot.* 29, *tab.* 2034 *(m. v.)*.

Hypnum atro-virens. *Swartz musc. suec. p.* 65 *(excl. syn. Dicks et Dill.)*.

Dill. hist. musc. tab. 36, *fig.* 15. *Vaill. bot. paris. tab.* 23, *fig.* 9.

Habitat in locis humidis umbrosis ad sepes, margines viarum et in sylvis.

Caulis longitudine varians ab unciis duabus ad tres quatuorve, basi subdenudatus, radicans, pinnatus, rami simplices vel iterum pinnati. Folia juniora pallide viridia, adulta triste viridia sed numquam opaca. Perichætialia longius acuminata, reflexa, subenervia decolorata. Seta a semiuncia ad unciam longa scaberrima obscure rubra. Capsula lateritia vel atro-fusca. Operculum rostrato-subulatum.

Plurimum variat colore, statura, divisione caulis et ramorum, ast semper dignoscitur setis scabris operculis rostratis et forma foliorum.

Hypnum speciosum Brid. quod nonnulli habent tamquam varietatem *Hypni rusciformis*, ipso fatente auctore magis *prælongo* accedit, qua de re Auctores Muscol. britan. secuti sumus qui huc trahunt. De *Hypno filescente* Bridelii quod Schwægrichenius ex autopsia spe-

ciminum ab auctore comunicatorum reduxit ad hanc speciem nullum est verbum in Mantissa Muscorum, species evanuit.

25. Hypnum strigosum.

H. Caule ascendente inferne simplici subdenudato superne fasciculatim ramoso, foliis arcte imbricatis erecto patentibus ovato-triquetris acuminatis serratis concavis, nervo ante apicem desinente, seta lævi, capsula ovata arcuata nutante, operculo e basi conica curvi-rostro.

Hypnum strigosum. *Hoffm. deutsch. fl.* 2, *p.* 76. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 268. *Arn. disp. meth. p.* 312. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 321. *Dub. bot. gall. p.* 558. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 351.

Hypnum thuringicum. *Brid. muscol.* 2, 2, *p.* 99, *tab.* 3, *fig.* 2 *(excl. syn. Web. et Mohr). Brid. meth. p.* 164.

Hypnum velutinoides. *Voit musc. herbip. p.* 99.

Hypnum pulchellum. *Hedw. sp. p.* 265, *tab.* 18, *fig.* 1—4 *(non Dicks.).*

Hypnum intricatum. *Timm. fl. megap.* 1200 *(ex Hoffm. et Brid.).*

Ad saxa in locis submontanis a *S. Salvatore* et in collibus prope *Erba*.

Caulis sesquiuncialis basi simplex radiculosus superiora versus fasciculatim ramosus, rami arcuati attenuati. Folia obscure viridia nitidiuscula, juniora pallida. Seta uncialis lævis purpurea.

Species elegans habitu *Hypno myosuroide* accedens sed ab eo facile distinguenda, foliis ovato-triquetris nec ovato-lanceolatis basi reflexis, capsulaque ovata arcuata nutante nec ovato-cylindracea erecta, etc. A præcedente cui nimium affine declaratur ab Ill. Arnott differt imprimis seta lævi, cauleque ascendente fasciculatim ramoso, foliisque arcte imbricatis.

26. Hypnum piliferum.

H. Caule decumbente pinnatim ramoso, foliis arcte imbricatis erecto-patentibus ovato-ellipticis longe et abrupte acuminatis apice serratis concavis nervo medium attingente, seta scabra, capsula ovata cernua, operculo conico acuminato.

Hypnum piliferum. *Schreb. spicil. fl. lips. p.* 91. *Hewd. stirp.* 4, *p.* 35, *tab.* 14. *Ejusd. sp. p.* 275. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 239. *Brid. meth. p.* 173. *Arn. disp. meth. p.* 313. *Swartz musc. suec. p.* 65. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 315. *Voit musc. herbip. p.* 102. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 175, *tab.* 25. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 24. *Dub. bot. gall. p.* 558. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 354 ? ?

Hypnum Lamarkii. *DC. fl. fr.* 2, *p.* 535, *et* 6, *p.* 234 (*non Brid.*).

In sylvis *della Merlata* prope *Cascina-Triulza.*

Decumbens palmare et longior, rami attenuati simplices, raro ramosi, compressiusculi. Folia pallide sed amæne viridia ex apice obtuso in apiculum tenuissimum abeuntia unde piligera adparent, præcipue si in statu sicco observantur. Seta uncialis purpurea scabra.

Pollinius dicit se hanc speciem legisse in agro Veronensi, attamen eam male descripsit ei tribuens folia enervia integerrima et operculum rostratum. Nonne phrasem suam concinnavit ex Icone Hedwigii et ex Schwægrichenii descriptione ? Ille folia integra depixit, iste per errorem enervia vocavit. Porro Iconem Vaillantii 26, fig. 9, quam ipse, Bridelium nimis serviliter assequens, trahit ad hanc speciem spectat ad *H. albicans.*

27. Hypnum rutabulum.

H. Caule procumbente inordinate ramoso, foliis imbricatis patentibus late ovatis striatis acuminatis serratis nervo supra medium evanido. Seta scabra, capsula ovata cernua, operculo conico acuminato.

Hypnum rutabulum. *Linn. sp. p.* 1590. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 29, *tab.* 12. *Ejusd. sp. p.* 276. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 244. *Brid. meth. p.* 173. *Arn. disp. meth. p.* 313. *Swartz musc. suec. p.* 51. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 324. *Voit musc. herbip. p.* 98. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 176, *tab.* 26. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 23. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 22. *Dub. bot. gall. p.* 558. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 354. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. I, n.* 12.

Hypnum flavescens. *Brid. meth. p.* 173.

Hypnum crenulatum *Smith. fl. brit.* 3, *p.* 1289, *engl. bot.* 18, *tab.* 1261 *(n. v.)*.

Hypnum brevirostre. *Smith. engl. bot.* 23, *tab.* 1647, *(n. v.)*. *(non Ehrh.)*.

Dill. hist. musc. tab. 38, *fig.* 29. *Vaill. bot. paris. tab.* 27, *fig.* 8.

Vulgatissimum ad sepes, truncos arborum, agrorum et viarum margines et in sylvis.

Caulis bi-triuncialis flaccidus procumbens. Rami simplices vel divisi, plus minusve conferti, erecti vel diversimode curvati. Folia concaviuscula, siccitate evidentius striata, viridia vel lutescentia nitida. Perichætialia longissime acuminata. Seta uncialis purpurea vel rubra scaberrima. Capsula rubra.

Valde ludit statura, divisione et numero ramorum, colore foliorum et fructuum.

Iconem 23, fig. 2. Vaillantii nonnulli reducunt ad hanc speciem nonne potius refert *H. brevirostre*. Ehrh? (Conf. adnot. ad H. brevirostre).

28. Hypnum plumosum.

H. Caule repente ramoso, foliis imbricatis erecto-patentibus-superioribus sæpe secundis ovato-lanceolatis acuminatis serratis nervo supra medium evanido, seta scabriuscula, capsula ovata cernua, operculo conico acuto.

Hpnum plumosum. *Linn. sp.* 1592 *(non Hedw.)*.

Schwægr. suppl. 1, 2, *p.* 244. *Brid. meth. p.* 172. *Arn. disp. meth. p.* 311. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 311. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 162, *tab.* 25. *Dub. bot. gall. p.* 556.

Hypnum pseudo-plumosum et lævisetum. *Brid. meth. p.* 170, 171.

Hypnum alpinum. *Smith. fl. brit.* 3, *p.* 1330. *Brid. meth. p.* 181.

Hypnum flagellare. *Hedw. sp. p.* 282, *tab.* 73, *fig.* 1—3.

Hypnum polyrrhizon. *Brid. meth. p.* 172.

Hypnum asprellum. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 246 (*ex Arn.*)?

In saxis ad margines rivulorum prope *Sesto-Calende*, *Inarzo*, etc.

Caulis biuncialis repens, rami a semiuncia ad unciam longi, omnes fere erecti approximati. Folia triste viridia vel lutescentia splendentia, fere semper secunda, siccitate appressa. Seta sub bona lente scabriuscula, intense purpurea, capsula fusca sub ore constricta, operculum rutilans.

Setæ a nonnullis læves dicuntur, ab aliis scabræ, ast nos tuberculis minutissimis, præsertim apicem versus, exasperatas videmus non solum in plantis Mediolanensibus sed etiam in speciminibus Anglicis et Gallicis.

Synonimon Floræ Veronensis consulto omisimus siquti nobis non constat Pollinium plantàm a Birolio lectam ad rupes montis Greis vidisse, et non sine ratione suspicamur Auctorem Floræ Novariensis sub *Hypni plumosi* nomine speciem longe alienam habuisse.

Iconem Dillenii (tab. 35, fig. 16) nonnulli trahunt ad hanc speciem, alii ad *Hypnum plumosum* Hedw. sive *Salebrosum* Hoffm. qua de re vestigia secuti sumus Celeberr. Auctorum Muscol. Brit. quorum diligentiam et subtilitatem numquam satis laudabuntur qui eam prorsus omiserunt.

Leskea plumosa Swartzii (*Hypnum Swartzii*, Brid.) a

Schwægrichenio et ab Arnottio sub hac specie reducitur, sed ex descriptione Cl. Web. et Mohr l. c. p. 312, ab Hypno plumoso non parum differt, et huc recipiendum non esse putamus.

Cæterum quamvis hæc species ab affinibus faciliter dignoscatur mirum in modo vexata fuit.

29. Hypnum velutinum.

H. Caule repente confertim ramoso, foliis imbricatis erecto-patentibus ovatis vel lanceolatis acuminatis ad apicem serratis striatis nervo supra medium evanido, seta scabra, capsula ovata cernua, operculo conico obtuso.

Hypnum velutinum. *Linn. sp. p.* 1590. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 70, *tab.* 26. *Ejusd. sp. p.* 272. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 166. *Brid. meth. p.* 169. *Arn. disp. meth. p.* 313. *Swartz musc. suec. p.* 66. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 310. *Voit musc. herbip. p.* 100. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 177, *tab.* 25. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 23. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 17. *Dub. bot. gall. p.* 558. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 353.

Hypnum intricatum. *Schreb. spicil. fl. lips. p.* 99. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 73, *tab.* 28. *Ejusd. sp. p.* 271. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 231. *Brid. meth. p.* 170. *Swartz musc. suec. p.* 66. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 309. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 16. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 253.

Hypnum Teesdalii. *Dicks. pl. crypt. brit.* 4, *p.* 16, *tab.* 11, *fig.* 13. *Smith. comp. fl. brit. ed.* 5, *p.* 194.

Ad terram in sylvis *di Redecesio*, *del Ticino*, *d'Origgio*, alibique frequens.

Caulis uncialis vel etiam sesquiuncialis, rami plerumque simplices erectiusculi. Folia siccitate crispula ad apicem ramorum quandoque subsecunda, pallide viridia vel lutescentia, perichætialia in acumen filiforme producta. Seta semiunciam longa, saturate purpurea, scaberrima. Capsula sub ore paulum constricta rufo-fusca.

Operculum obtusum vel in nonnullis individuis mucronulatum.

Variat ramis plus vel minus confertis, foliis lanceolatis laxissimis, et statura minore.

Habemus aliquot specimina lecta in locis humidis prope urbem quæ ad unguem referunt iconem Dicksonianum superius citatam sub *Hypno Teesdalii* quæ, nisi excipias partium omnium gracilitatem ab *Hypno velutino* distinguere non valemus.

De differentia anuli inter *H. velutinum* et *intricatum* optime dixerunt Hooker et Taylor.

Hypnum viride. DC. quod Schwægrigenius et Bridelius habent tamquam synonimon hujusce speciei, spectat ad insequentem.

30. Hypnum populeum.

H. Caule repente pinnatim confertimque ramoso, foliis imbricatis erecto-patentibus lanceolatis acuminatis superne serratis margine reflexis nervo apicem attingente, seta scabriuscula, capsula ovata suberecta, operculo conico acuto.

Hypnum populeum. *Hedw. sp. p.* 273, *tab.* 70, *fig.* 1—6. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 238. *Brid. meth. p.* 172. *Arn. disp. meth. p.* 313. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 305. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 157, *tab.* 24. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 26. *Dub. bot gall. p.* 558. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 354.

Hypnum viride. *DC. fl. fr.* 2, *p.* 537 *(ex Dub.)*.

Hypnum implexum. *Swartz act. holm.* 1795, *p.* 264. *Smith. fl. brit.* 3, *p.* 1310.

Hypnum plumosum. *Swartz musc. suec. p.* 66 *(excl. syn. Dill.)*.

Ad saxa et truncos arborum in sylvis *del Ticino* et in collibus prope *Sesto-Calende*.

Caulis ab uncia una ad duas longus repens, rami longitudine varii, nunc breves et confertiores erecti,

nunc elongati attenuati varie flexi. Folia amæne et saturate viridia nitidula, ætate interdum lutescentia. Seta sub bona lente scabra, semiuncialis vel paulo longior, saturate purpurea. Capsula dilute badia demum fusca. Operculum breviter conicum acutum.

Non raro occurrunt individua, foliis magis ovatis quam in normali statu, et tunc accedunt *H. reflexo* Starkii.

Pollinius setam lævem pronunciat et revera talis adparet si nudo oculo examinatur.

Hypnum petrophilum, quod omnino ignoramus, huc quoque pertinet ex auctoribus Muscol. Britan.

31. Hypnum rusciforme.

H. Caule procumbente inordinate ramoso basi denudato, foliis subpatentibus imbricatis late ovatis acutis serratis concavis nervo ante apicem desinente, seta lævi, capsula ovata cernua, operculo rostrato.

Hypnum rusciforme. *Weiss. pl. crypt. gott. p.* 225. *Brid. meth. p.* 174. *Dub. bot. gall. p.* 559. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. I, n.* 13.

Hypnum ruscifolium. *Neck. meth. musc. p.* 181. *Arn. disp. meth. p.* 313. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 177, *tab.* 26. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 24. *Mart. fl. cryp. erlang. p.* 21.

Hypnum riparioides. *Hedw. stirp. cryp.* 4, *p.* 10, *tab.* 4. *Ejusd. spec. p.* 242. *Schwægrig. suppl.* 1, 2, *p.* 195. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 327. *Voit musc. herbip. p.* 101. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 354.

Hypnum prolixum. *Dicks. pl. crypt. brit.* 2, *p.* 13. *Swartz musc. suec. p.* 63.

Hypnum atlanticum. *Brid. muscol.* 2, 3, *p.* 121, *tab.* 4, *fig.* 1. *Ejusd. meth. p.* 174.

Hypnum inundatum. *Brid. meth. p.* 174.

Dill. hist. musc. tab. 38, *fig.* 31 *et* 32.

Ad saxa, palos terramque in fossis.

Caulis ab uncia ad dodrantem longus, procumbens

vel dependens fluitans, quandoque repens, basi semper denudatus, rami teretiusculi attenuati vel egregie compressi. Folia lata, conspicua, amæne viridia vel lurida, inferiora sæpius fusco-atra, serrata, perichætialia enervia, acuminata serrata. Seta uncia minor saturate purpurea, capsula maturitate fusca, operculi rostrum obliquum.

Planta polymorpha, ludit caule rigidiusculo vel flaccido, parce ramoso, vel ramosissimo dendroideo, foliis undique imbricatis vel subbifariis, laxis vel confertis.

32. Hypnum striatum.

H. Caule repente vage ramoso, foliis imbricatis patentibus late cordato-acuminatis serratis striatis nervo supra medium desinente, seta lævi capsula ovato-oblonga cernua, operculo rostrato.

Hypnum striatum. *Schreb. spicil. fl. lips. p.* 275. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 32, *tab.* 13. *Ejusd. sp. p.* 275. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 238. *Arn. disp. meth. p.* 313. *Swartz musc. suec. p.* 60. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 178, *tab.* 26. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 24. *Dub. bot. gall. p.* 559. *Poll. fl. veron.* 3, *p.* 367. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. I, n.* 14.

Hypnum longirostrum. *Ehrh. pl. crypt. exsicc. n.* 75. *Brid. meth. p.* 174. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 323. *Voit musc. herbip. p.* 94. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 23.

Dill. hist. musc. tab. 38, *fig.* 30.

In sylvis *di Redecesio*, in collibus prope *Sesto-Calende* et prope *Erba* alibique.

Caulis ut plurimum biuncialis rigidiusculus, rami erecti sparsi vel approximati attenuati, simplices vel iterum ramosi. Folia pallide viridia vel lutescentia, basi laxius reticulata, perichætialia apice subulata reflexa pallidiora. Seta uncialis et longior lævis rubra. Capsula rubra demum fusca. Operculi rostrum obliquum vel rectum, capsulæ longitudine.

Nonnulli cum *Hypno rutabulo* hanc speciem comparant sed nobis videtur immerito.

33. Hypnum confertum.

H. Caule repente ramoso, ramis approximatis simplicibus, foliis imbricatis subdistychis ovatis acuminatis serratis concaviusculis, nervo medium attingente, seta lævi, capsula oblongo-ovata cernua, operculo rostrato.

Hypnum confertum. *Dicks. pl. crypt. brit. fasc.* 4, *p.* 17, *tab.* 11, *fig.* 14. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 199, *tab.* 90 *(folia mendose integra). Brid. meth. p.* 157. *Arn. disp. meth. p.* 313. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 329. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 178, *tab.* 26 *(excl. H. orthorynchum Brid. quod pertinet ad H. prælongum). Fiorin. Mazz. bryol. rom. p.* 24. *Dub. bot. gall. p.* 559. *Poll. fl. veron.* 3, *p.* 346.

Hypnum intextum. *Voit musc. herbip. p.* 106.

Hypnum Thuringicum. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 329 *(non Brid.).*

Hypnum planiusculum. *Brid. meth. p.* 157.

Hypnum Ludwigianum. *Brid. sp. musc.* 2, 146.

Hypnum serrulatum. *Hedw. sp. p.* 238, *tab.* 60.

Hypnum clavellatum. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 80, *tab.* 30, *fig. a. Ejusd. sp. p.* 250. *(excl. syn. Dill. Linn.).*

Ad terram in locis collinis supra *Sesto-Calende.*

Caulis repens radiculas ferrugineas numerosas emittens. Rami simplices approximati intricati, directione varii, quandoque, ast raro, pinnatim dispositi. Folia læte virentia flaccida nitidiuscula (saltem in speciminibus nostris) apicem versus ramorum evidentius distycha, prope basim marginibus reflexa. Seta lævis subuncialis saturate purpurea, tortilis. Capsula maturitate fusca.

Ludit foliis magis vel minus laxis nitentibus vel opacis, nervo nunc medium folii superante, nunc supra basim cito evanescente, quod abunde eruitur e descriptionibus Auctorum qui folia nunc laxa, nunc conferta, nunc nitida, nunc nitore expertia, etc. etc., dicunt, ita ut vix crederes eos eandem speciem ante oculos habuisse.

Hypnum Megapolitanum. Blandowii, quod tantum ex traditione cognoscimus, huc reducitur a Celeberr. Arnott cum dubitationis signo, et revera comparatis diligenter descriptionibus, discrimina inter hasce species valde infirma videntur. *Hypnum clavellatum* Hedwigii huc certe spectat, quamvis in icone superius allata, folia integra et nervo subexcurrente prædita vitiose depingantur. Cæterum hocce *Hypnum clavellatum* adhuc caligine quadam obrutum est. Denique quoad *Hypnum Schleicheri* quod ab ipso Cl. Arnott inter Synonima hujusce speciei enumeratur, ob folia ovato-lanceolata et setam scabram, ut taceamus de reliquis characteribus, pace acutissimi viri, diversam speciem censemus.

-Beatus Pollinius, erratis indicationibus, habet *Hypnum clavellatum* Hedwigii Synonimon hujusce speciei et *Hypni muralis*!!

Sect. X. Squarrosa. *Arn. disp. meth. p.* 314.

Surculi pinnati vel varie ramosi, folia squarrosa.

34. Hypnum cuspidatum.

H. Caule pinnato erectiusculo ramis apice cuspidatis, foliis ovatis concavis integris enerviis vel basi obsolete binerviis inferioribus laxe imbricatis patentibus superioribus convolutis appressis, seta lævi, capsula oblonga arcuata cernua, operculo conico acuto.

Hypnum cuspidatum. *Linn. sp. p.* 1595. *Hedw. sp. p.* 254. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 228. *Brid. meth. p.* 159. *Arn. disp. meth. p.* 314. *Swartz musc. suec. p.* 61. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 339. *Voit musc. herbip. p.* 120. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 178, *tab.* 26. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 31. *Dub. bot. gall. p.* 559. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 346. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. II, n.* 26.

Hypnum flexile. *Brid. meth. p.* 158.

Dill. hist. musc. tab. 39, *fig.* 34.

In paludibus, pratis irriguis, ad margines sylvarum inque mæniis urbis præsertim in locis humidis vulgatissimum.

Caulis longitudine variat ab unciis duabus ad dodrantem, eleganter pinnatus vel vage ramosus, rami deorsum curvati vel erecti. Folia pallida aureo-viridia vel rufescentia, inferiora patentia subdistycha, superiora arcte imbricata in cuspidem convoluta. Polymorphum sed facile dignoscendum ramis apice cuspidatis.

35. Hypnum stellatum.

H. Caule ascendente vel procumbente vage ramoso vel subpinnato, foliis laxe imbricatis squarrosis cordatis acuminatissimis integris basi breviter et obsolete binerviis, capsula ovato-oblonga arcuata cernua, operculo conico.

Hypnum stellatum. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 30. *Arn. disp. meth. p.* 314. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 180, *tab.* 26. *Dub. bot. gall. p.* 559.

α majus.

Caule ascendente elongato vage ramoso foliis luteo brunneis.

Mart. Arn. Dub. l. c. Hook. et Tayl. l. c. (excl. H. protensum).

Hypnum Stellatum. *Schreb. spicil. fl. lips. p.* 92. *Hedw. sp. p.* 280. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 274. *Brid. meth. p.* 175. *Swartz musc. suec. p.* 61. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 350 *(excl. β et H. protensum). Voit musc. herbip. p.* 113 *(excl. var. min.).*

Dill. hist. musc. tab. 39, *fig.* 35. *Vaill. bot. paris. tab.* 28, *fig.* 16.

β minus.

Caule gracili procumbente pinnato foliis læte viridibus.

Mart. Arn. Hook. et Tayl. Dub. l. c.

Hypnum protensum. *Brid. muscol.* 2, 2, *p.* 85, *tab.* 2, *fig.* 3. *Ejusd. meth. p.* 175.

Hypnum hispidulum. *Brid. meth. p.* 175.

Hypnum squarrosulum. *Smith. engl. bot.* 24, *tab.* 1709 (*n. v.*). *Compend. fl. brit. ed.* 5, *p.* 198.

In paludibus turfosis abunde, *β.* ad rupes madidas in collibus.

Caulis tri-quadriuncialis, rami plerique subunciales erecti, quandoque subfastigiati. Folia inferiora fusca superiora luteo-brunnea splendentia ad apicem ramorum stellata. Seta lævis purpurea uncia longior. Capsula rubra.

Varietas a specie distinguitur statura minore caule procumbente pinnatim ramoso, et colore foliorum quæ sæpe recurva evadunt.

Celeb. Martius in fl. crypt. erlang. primus, quod sciamus, varietatis lege distinxit ab *H. stellato. H. protensum* Bridelii, quod Schwægrichen Weber et Mohr et Auct. Muscol. Britannicæ cum varietate *α* conjunxerunt, ast uti nobis videtur immerito. Comparatis speciminibus Helveticis et Germanicis, quæ cum nostris optime congruunt, videmus *Hypnum protensum* habitu gaudere alieno, ut taceamus de aliis characteribus supra expositis, quæ cæterum ad fulciendam speciem propiam minime valent, contra Bridelii sententiam, qui aliunde in sua rudi icone folia pinxit nervo excurrente donata qualia non sunt.

Hooker et Taylor folia hujusce speciei vocant enervia, nec intelligere possumus quomodo nervi duo breves, quos in omnibus a nobis rimatis plantis semper observavimus, peritissimos illos muscologos aufugere potuerunt, nisi admittamus hanc plantam foliis enerviis vel binerviis ludere.

Tandem *H. polymorphum* Hedw. quod ex sententia Schwægrichenii, Arnott, et Duby huc spectat est vere synonimon insequentis speciei, sicuti ex autopsia speciminum Hedwigii Statuerunt Ceberrimi Hooker et Taylor.

36. Hypnum squarrosulum.

H. Caule procumbente inordinate ramoso ramis simplicibus vel pinnatis, foliis laxe imbricatis squarrosis cordatis acuminatissimis integris nervo ad medium evanido, capsula oblonga ovata cernua, operculo conico.

Hypnum squarrosulum. *Brid. muscol.* 2, 2, *p.* 149, *tab.* 4, *fig.* 2 *(non Voit). Ejusd. meth. p.* 175. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 350 *(excl. var. α). Dub. bot. gall. p.* 559. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 368.

Hypnum chrysophyllum. *Brid. muscol.* 2, 2, *p.* 84, *tab.* 2, *fig.* 2. *Ejusd. meth. p.* 175. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 275. *Arn. disp. meth. p.* 314.

Hypnum polymorphum. *Hedw. sp. p.* 259, *tab.* 66. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 179, *tab.* 26.

Ad terram in monte *di Canzo* et in sylvis *del Ticino.*

Caulis biuncialis procumbens ramosus rami pinnati vel simplices aut irregulariter ramosi sæpe implexi conferti. Folia e luteo-viridia nitentia cordata longe acuminata, nervo ad medium evanido simplicique donata, integra.

37. Hypnum Halleri.

H. Caule repente confertim ramoso ramis brevibus erectis æqualibus approximatis, foliis arcte imbricatis late ovatis acuminatis recurvis serratis subenerviis, capsula oblonga ovata cernua, operculo conico obtusiusculo.

Hypnum Halleri. *Linn. fil. meth. musc. p.* 375. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 53, *tab.* 21. *Ejusd. sp. p.* 279. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 283 *(excl. H. dimorphum). Brid. meth. p.* 176. *Arn. disp. meth. p.* 314. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 352. *Grevill. scott. crypt. fl.* 3, *tab.* 174. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 180, *suppl. tab.* 5. *Dub. bot. gall. p.* 559.

Habitat ad rupes in monte supra *Canzo.*

Late denseque cæspitosum. Caulis repens uncialis et longior, rami simplices erecti approximati tri-quadrili-

neares. Folia luteo-viridia vel rufescentia nitentia basi nervis duobus brevissimis obsoletis donata. Seta ramis duplo longior rutilans.

Plantam hanc elegantissimam a varietatibus minoribus *Hypni stellati* et præcedentis abunde distinctam egregie illustravit Celeb. Greville in suo incomparabili opere *Scottish cryptogamic flora* inscripta titulo.

38. Hypnum squarrosum.

H. Caule ascendente vage ramoso subpinnatoque foliis arcte imbricatis e basi lata cordata amplexante acuminatis recurvis serratis integrisve breviter binerviis, capsula ovata globosa cernua, operculo breviter conico mucronulato.

Hypnum squarrosum. *Linn. sp. p.* 1593. *Hedw. sp. p.* 281. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 282. *Brid. meth. p.* 176. *Arn. disp. meth. p.* 315. *Swartz musc. suec. p.* 59. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 353. *Voit musc. herbip. p.* 108. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 182, *tab.* 26. *Mart. fl. crypt. Erlang. p.* 29. *Dub. bot. gall. p.* 560. *Bals. et De Not. cent.* 2, *n.* 8, *in Bibl. ital. tom.* 70.

Dill. hist. musc. tab. 39, *fig.* 38 *et* 39. *Vaill. bot. paris. tab.* 27, *fig.* 5.

Vulgare in sylvis *della Merlata*, in pascuis apricis et in locis collinis.

Caulis bi-tri-quadriuncialis basi sæpe denudatus et procumbens purpureus: rami longitudine varii nunc breves nunc unciales et longiores inordinati vel subpinnati simplices et attenuati vel iterum ramulosi et obtusi. Folia læte viridia splendentia, e basi amplexante lata in acumen longum attenuata insigniter recurva, perichætialia interna longius acuminata suberecta. Seta uncia longior purpurea subflexuosa. Capsula dilute badia.

39. Hypnum brevirostre.

H. Caule inordinate ramoso, foliis imbricatis patentibus squarrosis late cordato-ovatis concavis abrupte acuminatis apice undulato contractis serratis basi binerviis, seta lævi, capsula ovata cernua, operculo conico.

Hypnum brevirostre. *Ehrh. crypt. exsicc. n.* 85. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 279. *Brid. meth. p.* 175. *Arn. disp. meth. p.* 315. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 182, *suppl. tab.* 5. *Grevill. scott. crypt. fl.* 6, *tab.* 337. *Dub. bot. gall. p.* 560. *DC. fl. fr.* 5, *p.* 231.

Hypnum triquetrum β minus. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 354. *Poll. fl. veron.* 3, *p.* 357.

Hypnum interruptum. *Brid. spec. musc.* 2, *p.* 194 *(ex ipso auct. in meth. p.* 175*)*.

Hypnum erectum *Radd. critt. nuov. e rar. p.* 6, *tab.* 2 *(min. vis.)*.

Vaill. bot. paris. tab. 23, *fig.* 2?

In sylvis et locis aridis, dumetis, tum in planitie tum in collibus, et in montanis.

Caulis tri-quadriuncialis basi decumbens subnudus, inordinate ramosus. Rami simplices vel divisi plerumque gracilescentes incurvi. Folia obscure viridia vel lutescentia nitida exstriata, perichætialia enervia angustiora. Seta subuncialis lævis, capsulaque purpurea. Operculum conicum breve.

Hæc species diu a nonnullis *Hypno rutabulo* cum quo nec minimam habet adfinitatem relata fuit, vel *Hypno triquetro*, cui quamvis proxima probe distinguitur statura minore, foliorum forma, etc., quas differentias optime pro more suo tradidit Greville in opere pluries laudato.

Iconem Vaillantii 23, fig. 2, quam uti monuimus nonnulli trahunt ad *H. rutabulum*, ni fallimur, huic speciei multo aptius referri potest potiusquam illæ. Nec nobis improbabile videtur Vaillantium præ oculis hanc plantam habuisse, quæ aliunde crescit in sylvis prope

Lutetiam (Conf. DC. l. c.) etiamsi in Botanicon Parisiensi nullum sit verbum de specie in iconibus depicta. Porro habemus aliquot individua hujusce speciei quæ, statura, divisione, et directione ramorum tam arcte cum Icone Vaillantii conveniunt, ita ut diceres e speciminibus nostris desumptam fuisse. Videant nunc Galli quibus occasio Herbaria Vaillantii examinandi præsto est an conjectura nostra aliquid veritatis habeat nec ne.

40. Hypnum triquetrum.

H. Caule ascendente vage ramoso subpinnatoque, foliis arcte imbricatis patentibus squarrosis cordato triquetris acuminatis planis striatis ad apicem serratis basi binerviis, capsula ovata cernua, operculo conico apiculato.

Hypnum triquetrum. *Linn. sp. p.* 1589. *Hedw. sp. p.* 256. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 180. *Brid. meth. p.* 175. *Arn. disp. meth. p.* 315. *Swartz musc. suec. p.* 59. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 354 *(excl. var. β). Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 182, *tab.* 26. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 25. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 29. *Dub. bot. gall. p.* 560. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 357 *(excl. var. β).*

Hypnum sagittifolium. *Voit musc. herbip. p.* 97.

Dill. hist. musc. tab. 38, *fig.* 28. *Vaill. bot. paris. tab.* 28, *fig.* 29.

In locis sylvaticis aridis præsertim in collibus. Raro fructificat.

Caulis palmaris basi decumbens et denudatus rigidus, obscure ruber vel fuscus, rami vagi vel pinnatim dispositi, longi, simplices vel iterum pinnati apice incurvi, ramuli gracilescentes attenuati. Folia juniora læte viridia demum lutescentia nitentia, magnitudinis pro genere conspicuæ, perichætialia oblonga in acumen filiforme attenuata, enervia, basi crocea. Seta lævis uncialis purpurea, capsula badia ovata subglobosa.

Floristæ ad circumambienda serta florum artificialium hac venusta specie utuntur.

Sect. XI. Attenuata. *Bals. et De Not. bryol. Mediol. mss.*

Surculi repentes vel decumbentes, rami attenuati vel incrassati, folia secunda ovata opaca, capsula erecta vel cernua.

41. Hypnum attenuatum.

H. Caule repente inordinate ramoso ramis attenuatis vel incrassatis erectiusculis vel incurvis, foliis imbricatis secundis ovato-lanceolatis obtusiusculis obscure denticulatis nervo ante apicem desinente, capsula oblonga cylindracea, operculo conico acuto.

Hypnum attenuatum. *Schreb. spicil. fl. lips. p.* 100 (*non Dicks.*). *Arn. disp. meth. p.* 315. *Dub. bot. gall. p.* 560.

Leskea attenuata. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 33, *tab.* 12. *Ejusd. sp. p.* 230. *Schwægrig. suppl.* 1, 2, *p.* 172. *Brid. meth. p.* 147. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 249. *Voit musc. herbip. p.* 73. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 47. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 343 (*syn. Dicks. Smith. et Dill. apud omnes excl.*).

Hypnum fulvum. *Brid. sp.* 2, *p.* 77.

Hypnum clavatum. *Bellard. append. ad fl. taurin. p.* 51.

Ad truncos arborum in sylvis et ad terram in locis umbrosis humidiusculis.

Unciale et longior, truncos arborum late obvestiens vel in terra cæspitose degens. Rami in plantis nostris fertilibus erecti, in ramos quatuor quinque divisi attenuati, in plantis sterilibus incurvi incrassati breviores. Folia luride-viridia opaca denticulata vel etiam integra siccitate appressa, nervo diaphano. Seta lævis uncialis purpurea. Capsula fusca.

42. Hypnum medium.

H. Caule repente ramoso flaccido, ramis simplicibus incurvis, foliis imbricatis ovatis concavis obtusiusculis margine subrecurvis integris nervo apicem subattingente, capsula cylindrica suberecta, operculo conico brevi.

Hypnum medium. *Dicks. pl. crypt. brit.* 2, *p.* 12. *Arn. disp. meth. p.* 315. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 154, *tab.* 24. *Dub. bot. gall. p.* 560. *Bals. et De Not. cent.* 1, *n.* 7, *in Bibl. ital. tom.* 64.

Leskea polycarpa. *Ehrh. crypt. exsicc. n.* 96. *Hedw. sp. p.* 225. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 171. *Brid. muscol.* 2, 2, *p.* 44, *tab.* 1, *fig.* 3, *et tab.* 6, *fig.* 3. *Ejusd. meth. p.* 146. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 247. *Voit musc. herbip. p.* 74. *Mart. fl. cryp. erlang. p.* 47.

Pterigynandrum nervosum. *Brid. spec.* 1, *p.* 132 *(nec Pt. medium. uti posuit Cl. Dub. in bot. gall. l. c.).*

Hypnum inundatum. *Dicks. pl. crypt. brit.* 4, *p.* 17. *Dill. hist. musc. tab.* 47, *fig.* 65.

Ad arborum truncos præsertim salicum in pratis irriguis.

Late cæspitosum, caulis ab uncia ad unciam unam et dimidiam longus, rami fere semper simplices incurvi, raro erecti. Folia secunda, siccitate appressa, opaca luride viridia, perichætialia caulinis longiora albida. Seta lævis rutilans semuncialis, plures in eodem individuo. Capsula dilute badia dorso tamen saturatius colorata. Operculum breve conicum.

Nervus in hac specie sæpe sæpius ante apicem evanescit non solum in nostris speciminibus quæ pluries et repetitis vicibus examinavimus, verum etiam in plantis Anglicis, ita ut discrimen inter hanc et speciem sequentem valde infirmatur.

43. Hypnum paludosum.

H. Caule repente vage ramoso, ramis simplicibus, fo-

liis imbricatis ovato-lanceolatis acutiusculis integris nervo ante apicem evanescente, capsula cylindracea inclinata, operculo conico.

Hypnum paludosum. *Arn. disp. meth. p.* 315. *Dub. bot. gall. p.* 560. *Bals. et De Not. cent. II, n.* 6, *in Bibl. ital. tom.* 70.

Leskea paludosa. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 2, *tab.* 1 (*excl. syn.*). *Ejusd. sp. p.* 121. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 172. *Brid. meth. p.* 147. (*excl. syn. Dicks. Smith et Dill.*). *Swartz musc. suec. p.* 69. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 246 (*excl. syn. Dicks. Smith. et Dill.*). *Voit musc. herbip. p.* 75. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 46 (*excl. syn. Dill. Smith*).

Ad palos aquæductuum et ad truncos in pratis humidis.

A præcedente cui affine distinguitur caule ramisque tenuioribus, foliis acutiusculis nervo evanescente præditis margine minime recurvis, capsula breviore rutilante, operculoque conico subelongato. Cæterum, ni speciem toto cælo diversam præ oculis habeamus, reliqua prorsus conveniunt, ita ut opinioni Voitii libenter subscriberemus nisi obstarent observationes Martii qui acriter contrarium sustinet, etsi ille ipse speciem hanc non bene cognoverit sicuti ex synonimo ab illo allato patet.

44. Hypnum filamentosum.

H. Caule procumbente vage ramoso, foliis imbricatis subsecundis late ovatis acuminatis obtusiusculis integris bistriatis nervo prope apicem evanescente, capsula ovata cernua, operculo conico.

Hypnum filamentosum. *Dicks. pl. crypt. brit.* 2, *p.* 10. *Brid. meth. p.* 167. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 365.

Hypnum atro-virens. *Dicks. pl. crypt. brit.* 2, *p.* 10 (*non Swartz*). *Arn. disp. meth. p.* 167. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 184, *tab.* 26. *Dub. bot. gall. p.* 560.

Hypnum attenuatum. *Dicks. l. c.* 2, *p.* 13 *(non Schreb. nec Arn.)*.

Leskea incurvata. *Hedw. sp. p.* 216, *tab.* 53. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 248.

Ad truncos fagi in montibus supra *Erba.*

Caulis procumbens rigidiusculus unciam unam et quidquid excedit longus, inordinate ramosus, ramuli erecti vel incurvi. Folia opaca triste viridia, integra, siccitate appressa, madida suberecta, plus minus distincte secunda. Seta uncia minor rutilans, capsula fusca.

Icones Dillenii 36, fig. 18, et 21; 42, fig. 66; et 43, fig. 67, quæ a Dicksonio referuntur huic speciei consulto omisimus, auctoritate innixi Auctorum Muscologiæ Britannicæ qui eas non adduxerunt.

Sect. XII. Adunca. *Arn. disp. meth. p.* 315.

Surculi varie ramosi vel pinnati, folia secunda vel circinnato-falcata nitentia, ovata vel lanceolata.

45. Hypnum filicinum.

H. Caule vage ramoso vel pinnato, foliis imbricatis falcato-secundis serrulatis nervo apicem attingente caulinis late ovatis acuminatis rameis ovato-lanceolatis, capsula ovata oblonga arcuata cernua, operculo conico mucronulato.

Hypnum filicinum. *Linn. sp. pl.* 1590. *Hedw. sp. p.* 285, *tab.* 76, *fig.* 5—10. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 297 *(excl. H. commutatum). Brid. meth. p.* 177. *Arn. disp. meth. p.* 315. *Swartz musc. suec. p.* 55. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 355. *Voit musc. herbip. p.* 103. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 183, *tab.* 26. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 35. *Dub. bot. gall. p.* 560.

Hypnum fluviatile *Hedw. sp. p.* 277, *tab.* 71, *fig.* 4 *(non Funk.). Swartz musc. suec. p.* 63 ?

Hypnum dubium. *Swartz musc. succ. p.* 54.

Hypnum fallax. *Brid. muscol.* 2, 2, *p.* 66, *tab.* 2, *fig.* 1. *Meth. musc. p.* 181.

Hypnum Seligeri, Vallisclausæ, lanatum, gracilescens et diffusum. *Brid. meth. p.* 181, 182, 177, 178.

Hypnum commutatum. *Schleich. crypt. helv. exsicc.*

Dill. hist. musc. tab. 36, *fig.* 19. *Vaill. bot. paris. tab.* 29, *fig.* 9.

In locis humidis ad pedes propugnaculorum urbis, ad saxa rivulorum, ad parietes lateritias et lapideas aquæductuum, ad rupes madidas et ad saxa in aquis fluentibus puris, etc., vulgare.

Caulis ascendens vel decumbens ab uncia una ad tres quatuorve protensus, ex foliorum axillis radiculas ferrugineas emittens, pinnatus vel vage ramosus quandoque subsimplex, rigidiusculus. Folia caulina erecto-patentia late ovato-triquetra acuminata, opaca, lutescentia, viridia vel lurida, ramea ovato-lanceolata falcato-secunda, omnia nervo excurrente instructa, plus vel minus evidenter serrata; perichætialia albo-pallescentia oblongo-lanceolata. Seta unciam unam longitudine superans, lævis, atropurpurea, rigida. Capsula sub ore constricta, maturitate fusca.

Species vere polymorpha a Bridelio præprimis insigniter vexata, et in plures divisa unde tot inutilia synonima.

Hypnum fluviatile. Hedw. huc certe spectat; nam habemus individua fructifera lecta in aquis fluentibus purioribus quæ cum Icone Hedwigiana ad unguem conveniunt, et hæc ab *H. filicino* distinguere non possumus, quamvis habitu prorsus diverso gaudeant ex conformatione caulis fere subsimplicis, elongati.

Reliquas species Bridelii huc quoque spectare jam jam ipse auctor more suo concedit; et revera sub *H lanato* dicit « forte mera filicini varietas » sub *H. gracilescente* « commode cum præcedente conjungi potest » sub *Hypno diffuso* « satis ei simile » et quoad *H. fallax, Seligeri*, et *fluviatile* « characteres genuinos speci-

ficos, inquit, adhuc desiderari ». Cur ergo tot ineptas species scientiæ detrimento concinnavit? Schwægrigen, qui aliunde infeliciter cum *H. filicino* conjunxit *H. commutatum* quod omnino bona est species, has fere omnes spurias species ad propiam sedem contulit, eum secuti sunt Arn., Hook. et Tayl. Clariss. Viri, et nos illorum opiniones festanter amplexamur.

Huc quoque, forte spectarent *H. flagelliforme*, et *orthocladon* nisi obstaret auctoritas summorum Muscologorum qui hasce ultimas plantas trahunt ad *H. serpens*.

46. Hypnum commutatum.

H. Caule pinnato, foliis imbricatis falcato-secundis siccitate contortis cordato-ovatis acuminatissimis serrulatis margine reflexis nervo supra medium desinente, capsula oblonga arcuata cernua, operculo conico.

Hypnum commutatum. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 68, *tab.* 26, *sp. p.* 284. *Brid. meth. p.* 177. *Arn. disp. meth. p.* 315. *Swartz musc. suec. p.* 56. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 356. *Voit musc. herbip. p.* 109. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 188, *tab.* 27. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 36. *Dub. bot. gall. p.* 561.

Hypnum filicinum. var. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 297.

Hypnum glacum. *DC. fl. fr.* 2, *p.* 522.

Dill. hist. musc. tab. 38, *fig.* 19.

Ad rivulos in collibus et montibus et ad terram stillicidio madentem secus Abduam, etc.

Procumbens vel ascendens, bi-triunciale, præcedentis minus rigidum, pinnatum, rami simplices approximati apicem versus decrescentes, vel iterum pinnati congesti. Folia lutescenti-viridia subnitentia ramea angustiora, perichætialia conspicua oblonga acuminata. Seta unciam superans rubro-sanguinea lævis, nitida. Capsula spurco-rutilans.

Habemus varietatem ex integro substantiis calcareis vestitam, color illius est glaucus, caulis rigidiusculus,

rami breviores minus eleganter pinnati subsecundi, folia latiora siccitate vix contorta, et quodammodo habitu accedit *Hypno falcato* Bridelii. Synonimon floræ Veronensis omittimus, nescientes utrum præcedenti vel huic pertineat.

47. Hypnum palustre.

H. Caule repente ramoso ramis simplicibus, foliis imbricatis secundis ovato-acuminatis concavis marginibus superne incurvis integris nervo medium attingente simplici aut furcato vel obsoleto, capsula oblongo ovata cernua, operculo conico brevi acuminato.

Hypnum palustre. *Linn. sp.* 1593 *(non Hoffm.) Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 292. *Brid. meth. p.* 181. *Arn. disp. meth. p.* 315. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 365. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 185, *tab.* 26. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 36. *Dub. bot. gall. p.* 561. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 363.

Hypnum luridum. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 99, *tab.* 38; *sp. musc. p.* 292. *Swartz musc. suec. p.* 58.

Hypnum subsphærocarpon. *Schleich. exsicc. Brid. meth. p.* 181.

Hypnum fluviatile. *Turn. musc. hib. p.* 192 *(non Hedw. nec Funk.)*.

Hypnum adnatum. *Turn. l. c. p.* 165 *(non Hedw.)*.

Hypnum molendinarium. *DC. fl. fr.* 2, 538.

Dill. hist. musc. tab. 37, *fig.* 27.

Ad pedes propugnaculorum in locis humidis septentrioni expositis, ad palos aquæductuum et ad margines rivulorum.

Caulis repens, in nostris speciminibus vix sesquiuncialis, flaccidus, rami simplices erecti vel deflexi. Folia obscure viridia vel lutescenti-viridia subnitentia, marginibus superne evidenter incurvis. Seta lævis flaccida, purpurea, uncia minor. Capsula fuscescens.

Insignis hujusce speciei varietas est *H. subsphærocarpon* Schleich. quod sicuti videmus in speciminibus

ipso ab Auctore communicatis distinguitur capsula ovata breviore foliisque latioribus nervo paulum supra medium evanescente, nunc simplici lato, nunc bifurco brevi, vel etiam prorsus obsoleto, instructis; nec uti ait Celeberr. DC. ovali-lanceolatis nervoque in apiculum excurrente præditis.

Cæterum hæc species quam nonnulli polymorpham vocant apte distinguitur caulis divisione, foliorum forma et habitu peculiari, sicuti optime admonuerunt Cl. Hooker et Taylor dicentes « *Variable as is this species we* « *trust that it will be found constant to the above cha-* « *racters* ».

48. Hypnum aduncum.

H. Caule suberecto pinnatim ramoso, foliis laxis ex ovata basi lanceolato-subulatis falcato-secundis integris nervo supra medium evanido, capsula ovato-oblonga arcuata cernua, operculo conico acuto.

Hypnum aduncum. *Linn. sp. p.* 1592. *Hedw. stirp. crypt.* 4, *p.* 62, *tab.* 24. *Ejusd. sp. p.* 296. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 299. *Brid. meth. p.* 180. *Arn. disp. meth. p.* 316. *Swartz musc. suec. p.* 56. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 360. *Voit musc. herbip. p.* 115. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 39. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 115.

Hypnum revolvens. *Swartz musc. suec. p.* 58 *et* 101, *tab.* 7, *fig.* 14. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 290, *tab.* 95. *Brid. meth. p.* 180.

Hypnum aduncum *a* revolvens. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 186, *tab.* 26. *Dub. bot. gall. p.* 561.

Dill. hist. musc. tab. 37, *fig.* 26.

Habitat in paludibus turfosis et in locis paludosis sylvarum.

Caulis plerumque triuncialis quandoque paulo brevior, rami pinnatim dispositi, distantes, apice incurvati, folia pallide lutescenti-viridia splendentia vel fusco-fer-

ruginea, plus minus imbricata, insigniter falcata. Seta uncialis lævis purpurea. Capsula fusca.

Hypnum lycopodioides, sive var. β. *Hypni adunci* in agro Mediolanensi nobis nondum contingit.

49. Hypnum uncinatum.

H. Caule procumbente subpinnato ramis apice uncinatis, foliis falcato-secundis longe lanceolato-subulatis striatis subserratis nervo supra medium evanescente, perichætialibus angustis longissimis, capsula cylindrica arcuata cernua, operculo conico-apiculato.

Hypnum uncinatum. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 65, *tab.* 25. *Ejusd. sp. p.* 289. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 304. *Brid. meth. p.* 180. *Arn. disp. meth. p.* 316. *Swartz musc. suec. p.* 56. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 358. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 187, *tab.* 26. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 38. *Dub. bot. gall. p.* 564. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 363.

Habitat in sylvis montanis.

Caulis biuncialis rami erectiusculi uncinati, folia pallide-viridia vel luteola splendentia valde falcata striata, perichaetialia nervo instructa. Seta lævis amæne rubra unciæ brevior, capsula rufa. Folia perichætialia nobis videntur nervo distincto donata contra Bridelium qui ea exfasciculata pronunciavit.

50. Hypnum fluitans.

H. Caule fluitante vel procumbente vage ramoso, foliis laxe imbricatis inferioribus undique vergentibus superioribus falcato-secundis lanceolato-subulatis vix serrulatis nervo ultra medium producto, capsula ovato-oblonga arcuata cernua, operculo conico.

Hypnum fluitans. *Linn. fl. suec. ed.* 2, *p.* 399. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 94, *tab.* 36. *Ejusd. sp. p.* 296. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 304. *Brid. meth. p.* 180. *Arn. disp. meth. p.* 316. *Swartz musc. suec. p.* 57 (*excl. H. aduncum*).

Web. et Mohr bot. tasch. p. 358. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 186, *tab.* 24. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 39. *Dub. bot. gall. p.* 561. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 363.

Hypnum scoparium. *Brid. meth. p.* 180.

Dill. hist. musc. tab. 38, *fig.* 33. *Vaill. bot. paris. tab.* 33, *fig.* 6.

In paludosis sylvarum *della Merlata.*

Caulis in nostris plantis unciam unam vel duas longus gracilis, rami breves distantes pauci, folia laxa tenuia aureo-viridia vel rufescentia, superiora appressa falcata secunda unde apex caulis et ramorum uncinatus evadit. Seta lævis rutilans uncia longior, capsula maturitate fusca.

51. Hypnum rugulosum.

H. Caule ascendente ramoso subpinnato ramis crassis, foliis arcte imbricatis secundis late ovatis acuminatis margine reflexis apice serrulatis, siccitate transverse undulato-crispatis nervo supra medium evanido.

Hypnum rugulosum. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 363. *Arn. disp. meth. p.* 316. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 187, *tab.* 26. *Voit musc. herbip. p.* 97. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 37 (*excl. syn. Dill.*). *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. II*, *n.* 27.

Hypnum rugosum *Hedw. sp. p.* 293 (*non Linn.*). *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 301. *Brid. meth. p.* 180. *Dub. bot. gall. p.* 561. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 363 (*excl. syn. Dill. Linn.*).

In pascuis siccis collium et montium, in pinetis *di Rovello* alibique frequens.

Caulis uncialis basi procumbens, rami numerosi crassi erectiusculi apice curvati. Folia lutescenti-viridia vel rufescentia, inferiora sæpius emarcida. Fructificatio hucusque incognita.

Planta elegans sub tactu mollis more Sphagnorum.

52. Hypnum pulchellum.

H. Caule erecto confertim ramoso, foliis imbricatis erecto-patentibus superioribus secundis lanceolatis acuminatis integris enerviis, capsula ovato-oblonga suberecta, operculo conico brevi.

Hypnum pulchellum. *Dicks. pl. crypt. brit.* 2, *p.* 13, *tab.* 5, *fig.* 6. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 165. *Brid. meth. p.* 169. *Arn. disp. meth. p.* 316. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 343. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 163, *tab.* 25. *Dub. bot. gall. p.* 562.

Leskea pulchella. *Hedw. sp. p.* 220, *tab.* 55, *fig.* 7—12.

Hypnum nitidulum. *Wahlenb. fl. lapp. p.* 373.

In mæniis urbis, in muris vetustis humidis et ad terram in collibus.

Caulis tertiam unciæ partem vix superans, ramique erecti, simplices breves. Folia lutescenti-viridia nitida interdum fusca, superiora evidenter secunda, inferiora erecto-patentia. Seta semiuncialis lævis rutilans, capsula fusco-badia.

In icone Dicksoni nervum folii delendum, cæterum vix mediocris.

53. Hypnum cupressiforme.

H. Caule procumbente, foliis arcte imbricatis secundis lanceolatis acuminatis integris aut apice serratis basi breviter et obsolete binerviis, capsula cylindracea erecta incurva, operculo conico rostellato.

Hypnum cupressiforme. *Linn. sp. p.* 1592. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 59, *tab.* 23. *Ejusd. sp. p.* 291. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 290. *Brid. meth. p.* 178. *Arn. disp. meth. p.* 316. *Swartz musc. suec. p.* 57. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 370. *Voit musc. herbip. p.* 114. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 189, *tab.* 27. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 26. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 36. *Dub. bot. gall. p.* 562.

Pollin. fl. veron. 3, *p.* 361. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. II, n.* 28 *et* 29.

Hypnum compressum. *Linn. mant.* 2, *p.* 310 (*non Schreb.*).

Hypnum polyanthos. *Smith. fl. brit.* 3, *p.* 1278 (*non Schreb.*).

Hypnum nigro viride. *Dicks. pl. crypt. brit.* 4, *p.* 18.

Hypnum decipiens. *Hoffm. deutsch. fl.* 2, *p.* 73.

Dill. hist. musc. tab. 36, *fig.* 22; *et* 37, *fig.* 23; *et* 41, *fig.* 53. *Vaill. bot. paris. tab.* 27, *fig.* 13.

In tectis, muris, ad arborum truncos et ad terram fere ubique.

Caulis bi-triuncialis, procumbens, rami fere semper simplices erectiusculi apice subcurvati, crassi, teretes vel semicylindrici. Folia pallide viridia, seta uncia minor purpurea lævis, capsula cylindrica rutilo-badia, operculi rostrum breve erectum vel curvatum.

Ludit caule elongato gracili parce ramoso tereti, vel crasso brevi suberecto, ramis longitudine variis, æqualibus, attenuatis, vel incrassatis; foliis rufescentibus falcatis vel æqualiter imbricatis appressis vix subsecundis; capsulis ovato-oblongis.

Stirps vere polymorpha ab acutoribus in plures varietates nullis firmis limitibus distinctas divisa, quas indefinite augere potuissemus, sed præposuimus omnes in unum colligere, nam sæpe sæpius ipsa ipsissima planta occurrit ramis diversimode configuratis ita ut frustra ad typum certum reduci queat. Hoc quidem sentierunt Auctores Muscologiæ Britannicæ, dicentes « *So sportive is the present species that is scarcely possible to define in a few words the marks belonging to any of the varieties* ».

Hypnum polyanthos. Smith quod est inter omnes varietates conspicuum, hucusque in agro Mediolanensi desideramus; nihilominus habemus aliquot specimina lecta in sylvis siccis quæ cum illo omnibus characteribus con-

veniunt nisi excipias staturam, quæ in nostro duplo majorem quam in Anglicis speciminibus.

54. Hypnum incurvatum.

H. Caule repente confertim ramoso ramis apice curvatis, foliis laxis secundis lanceolato-subulatis acuminatis integris nervis duobus brevibus obsoletisque basi instructis, capsula ovata cernua, operculo conico acuminato brevi.

Hypnum incurvatum. *Schrad. crypt. exsicc. n.* 80. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 285, *tab.* 94. *Brid. meth. p.* 169. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 342. *Dub. bot. gall. p.* 562 *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 353.

Hypnum amænum. *Hedw. sp. p.* 292, *tab.* 67, *fig.* 6—9. *Brid. meth. p.* 180.

Hypnum leskioides. *Brid. spec. musc.* 2, *p.* 177.

In montibus supra *Erba* ad saxa, et ad truncos in sylvis collinis prope *Sesto-Calende.*

Surculi repentes in cæspites uncias duas tresve latos expansi, rami breves conferti curvati. Folia læte viridia vel lutescentia aurea, concaviuscula, seta unciam dimidiam vix æquans, lævis, purpurea, capsula ovata rutilans, operculum breve.

Colore viridi vel lutescente, caule ramisque nunc rigidiusculis nunc flaccidis hæc species ludit, reliquos characteres semper constantes observavimus.

Web. et Mohr operculum conico-acuminatum seu rostratum dicunt quod e contra breviter conico acuminatum nobis semper occurrit.

Sunt qui autumant *Hypnum incurvatum* nil aliud esse nisi varietatem præcedentis, ast quamvis varietatibus ejus minoribus accedat, sufficienter distinctum putamus. Huc forte spectat *Hypnum Swartzii* Brid., sive *L. plumosa* Swartzii, quod Schwægrichenius inter synonima *H. plumosi* enumerat. Cf. obs. sub *Hypno plumoso*.

55. Hypnum polyanthos.

H. Caule repente confertim ramoso, ramis plerumque erectis, foliis imbricatis suberectis subsecundis ovato-lanceolatis acuminatis concaviusculis obscure serrulatis basi breviter binerviis, capsula ovata erecta, operculo conico.

Hypnum polyanthos *Schreb. spicil. fl. lips. p.* 97 *(non Smith). Arn. disp. meth. p.* 317. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 164, *suppl.* 4, *tab.* 5. *Dub. bot. gall. p.* 162 *(excl. icon. Dill.). Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. III, n.* 48.

Leskea polyantha. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 5, *tab.* 2. *Ejusd. sp. p.* 229. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 178. *Brid. meth. p.* 146. *Swartz musc. suec. p.* 68. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 251. *Voit musc. herbip. p.* 74. *Grevill. scott. crypt. fl.* 3, *tab.* 151. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 49 *(excl. syn. Smith). Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 343.

Ad truncos arborum in sylvis.

Unciale, rami approximati conferti erecti vel etiam curvati. Folia amæne viridia splendentia interdum ferruginea, concava, marginibus quandoque recurvis, breviter et obsolete binervia, perichætialia decolorata oblongo-lanceolata hinc inde ad apicem denticulata evidentius binervia. Seta lævis semiuncialis amæne purpurea. Capsula fusca vel badia, operculum conicum.

Iconem Dillenii 42, fig. 62, omnino excludenda est ab hac specie, plantam habitu diversam repræsentat, ita ut miremur cur a recentioribus huc citetur, posteaquam Grevillius, Hooker et Taylor qui hanc plantam apud nos minime raram bene illustrarunt prorsus omiserunt.

56. Hypnum molluscum.

H. Caule procumbente pectinato, foliis laxis falcato-secundis cordato-ovatis acuminatissimis exstriatis serra-

tis breviter et obsolete binerviis, capsula ovato-oblonga incurva cernua, operculo conico acuminato.

Hypnum molluscum. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 56, *tab.* 22. *Ejusd. sp. p.* 289. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 293. *Brid. meth. p.* 177 (*excl. syn. DC.*). *Arn. disp. meth. p.* 317. *Swartz musc. suec. p.* 55. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 343. *Voit musc. herbip. p.* 104. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 191, *tab.* 27. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 35. *Dub. bot. gall. p.* 562. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 358 (*excl. syn. Linn.*).

Hypnum crista castrensis. *DC. fl. fr.* 2, *p.* 524 (*non Linn.*).

Dill. hist. musc. tab. 36, *fig.* 20. *Vaill. bot. paris. tab.* 27, *fig.* 14.

Vulgare in mæniis urbis, ad rupes et saxa in collibus et montibus, nec non in sylvis ad terram.

Caules procumbentes implexi unciales vel bi-triunciales pectinati, simplices vel dorso proliferi. Rami versus apicem caulis decrescentes approximati, apice quandoque incurvi. Folia pallide aurea viridia splendentia exstriata fortiter serrata. Seta lævis semunciæ quidquid longior purpurea, capsula maturitate fusco-rubra.

Variat caule graciliore ramisque distantibus et foliis pallidioribus, vel e contra, et frequentius apud nos, occurrit ramis confertissimis intricatis, et tunc non longe absimile evadit *Hypno velutino*, a quo tamen statim dignoscitur setis lævibus, operculo acuto, foliisque falcato-secundis binerviis.

PTEROGONOIDEÆ. *Bals. et De Not. bryol. mediol. mss.*

Seta lateralis, peristoma simplex, calyptra dimidiata.

IX. PTEROGONIUM.

Swartz musc. suec. p. 12 *et* 26. *Schwægr. suppl.* 1, 1,

p. 100. *Arn. disp. meth. p.* 297. *Smith fl. brit.* 3, *p.* 1270. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 73, *tab.* 2.

Pterigynandrum. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 16. *Brid. meth. p.* 126. *Dub. bot. gall. p.* 563. Grimmiæ *spec. Web. et Mohr tasch.* Hypni *spec. Linn.*

Seta lateralis, peristoma simplex, dentibus 16 integris erectiusculis, æquidistantibus; calyptra dimidiata.

1. Pterogonium gracile.

P. Caule repente ramoso, ramis fasciculatis recurvis, foliis imbricatis ovato-acuminatis basi obsolete binerviis apice denticulatis margine plano, capsula oblonga erecta, operculo conico.

Pterogonium gracile. *Swartz musc. suec. p.* 26. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 105. *Arn. disp. meth. p.* 297. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 74. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 11.

Maschalocarpus gracilis. *Spreng. syst. veg.* 4, *p.* 1, *pag.* 158.

Pterigynandrum gracile. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 16, *tab.* 6. *Hedw. spec. p.* 80. *Brid. meth. p.* 126. *Dub. bot. gall. p.* 563. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 308.

Grimmia ornithopodioides. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 148.

Encalypta gracilis. *Roth. flor. germ.* 3, *p.* 154.

Ad saxa in monte *di S. Salvatore* supra *Erba.*

Caulis pollicaris et ultra rigidus innovando ramosus. Folia propter formam peculiarem cellularum papillosa videntur. Seta lævis recta. Capsula matura fusca.

2. Pterogonium filiforme.

P. Caule repente ramoso, foliis ovato-lanceolatis concavis serrulatis nervo brevi obsoleto, capsula erecta cylindrica, operculo conico.

Pterogonium filiforme. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 100. *Arn. disp. meth. p.* 297. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 75, *tab.* 14.

Maschalocarpus filiformis. *Spreng. syst. veg.* 4, *p.* 1, *pag.* 159.

Pterigynandrum filiforme. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 18, *tab.* 8. *Brid. meth. p.* 126. *Voit musc. herbip. p.* 34. *Duby bot. gall. p.* 563.

Pterogonium cæspitosum. *Smith engl. bot. tom.* 36, *tab.* 2526 *(non visa). Comp. fl. brit. ed.* 5, *p.* 192.

Grimmia filiformis. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 150.

Nekera decipiens. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 241 *(fide Schwægr.).*

Ad saxa in monte *di Canzo*, *di S. Salvatore*, et in collibus prope *Ternate* et *Corgeno.*

Caulis semiuncialis vel uncialis, rami filiformes decumbentes incurvi. Folia imbricata, margine recurvo, nervo interdum furcato prædita, propter formam cellularum papillosa. Seta quinque vel sex lineas longa. Capsula matura fusca. Operculum conico-acuminatum.

X. LEUCODON.

Schwægr. suppl. 1, 2, *p.* 1. *Arn. disp. meth. p.* 298. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 3, *tab.* 2.

Fissidentis *spec. Hedw. fund. musc.* Dicrani *spec. Swartz.* Trichostomi *spec. Web. et Mohr.*

Seta lateralis, peristoma simplex, dentibus 32 angustis lanceolatis, basi per paria coalitis, calyptra dimidiata.

1. Leucodon sciuroides.

L. Caule repente, ramis ascendentibus fastigiatis, foliis imbricatis subsecundis concavis ovato-acuminatis striatis, capsula oblonga, operculo conico.

Leucodon sciuroides. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 1. *Brid. meth. p.* 134. *Arn. disp. meth. p.* 298. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 112, *tab.* 20. *Fior. Mazz. bryol. roman. p.* 11. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 91. *Dub. bot. gall. p.* 562. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. I, n.* 15.

Leucodon morensis. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 2. *Brid. meth. p.* 134.

Leucodon Ramondi. *Brid. meth. p.* 135.

Pterogonium sciuroides. *Turn. musc. hibern. p.* 32.

Fissidens sciuroides. *Hedw. sp. p.* 161.

Trichostomum sciuroides. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 123. *Voit musc. herbip. p.* 25.

Dicranum sciuroides. *Swartz musc. suec. p.* 32.

Hypnum sciuroides. *Linn. sp. p.* 1596.

Dill. hist. musc. tab. 41, *fig.* 54.

Ad saxa et arborum truncos in collibus et in sylvis *della Merlata.*

Caulis repens, rami erecti, siccitate apice incurvi. Folia ovato-acuminata plicis exterioribus margine parallelis usque ad tertiam partem folii attingentibus, plica mediana lata nervum simulat. Seta lævis semiuncialis erecta, siccitate tortilis. Capsula ovato-oblonga lævis. Peristoma album, dentes in speciminibus nostris pertusi.

DICRANOIDEÆ. *Arn. disp. meth. p.* 272.

XI. TORTULA.

Schreb. gen. pl. 2, *p.* 760. *Arn. disp. meth. p.* 285. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 52, *tab.* 2.

Tortula et Barbula. *Hedw. spec.* Barbula et Syntrichia. *Brid. meth. Web. et Mohr.*

Seta terminalis, peristoma simplex, dentibus 16 bipartitis, aut 32 spiraliter tortis filiformibus ad basin liberis, vel in membranam tu-

biformem coalitis, capsula cylindracea, calyptra dimidiata.

Sect. I. Syntrichia. *Brid. meth. p.* 97.

1. Tortula ruralis.

T. Caule elongato ramoso, foliis oblongis recurvato-patulis carinatis integerrimis apice piliferis, capsula erecta subcernua, operculo subulato.

Tortula ruralis. *Swartz musc. suec. p.* 39. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 137, *tab.* 34. *Arn. disp. meth. p.* 286. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 56, *tab.* 12. *Fior. Mazz. bryol. roman. p.* 9.

Barbula ruralis. *Hedw. sp. p.* 121. *Brid. muscol.* 11, *p.* 195. *Brid. suppl.* 1, *p.* 268. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 332.

Syntrichia ruralis. *Brid. meth. p.* 98. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 215. *Voit musc. herbip. p.* 52.

Bryum rurale. *Linn. sp.* 1581.

Dill. hist. musc. tab. 45, *fig.* 12. *Vaill. bot. paris. tab.* 25, *fig.* 3.

In mæniis urbis et ad arborum truncos prope urbem.

Caulis elatus ramosus, rami interdum verticillati. Folia ovato-oblonga margine leniter inflexa, patulo-recurva, nervo valido rufescente in pilum longum album hispidulum desinente. Seta rubra. Capsula subcylindrica erecto curvata. Operculum subulatum arcuatum.

Tortula lævipila. Schwægr. suppl. 2, p. 66, tab. 120, quæ mera varietas est *Tortulæ ruralis* ut bene referunt Hooker et Greville, in speciminibus nostris non observatur.

2. Tortula subulata.

T. Caule brevi subsimplici, foliis oblongo-lanceolatis acuminatis subpatentibus margine plano, capsula erecta cylindrica elongata, operculo subulato.

Tortula subulata. *Swartz musc. suec. p.* 39. *Hedw. sp. p.* 122, *tab.* 27. *Schwægr. suppl.* 1, *p.* 135, *tab.* 35. *Brid. musc.* 2, *p.* 154. *Arn. disp. meth. p.* 286. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 57, *tab.* 12. *Dub. bot. gall. p.* 565.

Barbula subulata. *Brid. musc. suppl.* 1, *p.* 267. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 331.

Syntrichia subulata. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 214. *Brid. meth. p.* 97. *Voit musc. herbip. p.* 53. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 87.

Bryum subulatum. *Linn. sp.* 1581.

Dill. hist. musc. p. 350, *tab.* 45, *fig.* 10.

In sylvis præsertim ad semitas et in locis umbrosis.

Caulis brevis. Folia conferta, inferiora lanceolata, superiora oblongo-lanceolata, nervo valido in mucronem desinente prædita, cum vitris amplificantibus serrulata observantur. Seta recta purpurea. Capsula cylindrica subincurva.

Sect. II. Barbula. *Hedw. hist. musc. frond.* 2, *p.* 92.

1. Foliis tenuinervibus.

+ Foliis muticis.

3. Tortula fallax.

T. Caule ramoso, foliis carinatis lanceolato-linearibus acuminatis recurvato-patentibus, capsula oblonga, operculo capsulæ duplo breviore.

Tortula fallax. *Swartz musc. suec. p.* 40. *Brid. suppl.* 1, *p.* 225. *Arn. disp. meth. p.* 287. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 60, *tab.* 12. *Dub. bot. gall. p.* 565. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 330.

Barbula fallax. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 62, *tab.* 24. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 127. *Brid. meth. p.* 92. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 211. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 89.

Bryum imberbe. *Linn. mant. alt.* 309.

Dill. hist. musc. p. 382, *tab.* 48, *fig.* 46.

Ad muros et ad terram in umbrosis.

Caulis semiuncialis fastigiatus. Seta propter innovationes sæpe lateralis, folia madida recurvo squarrosa, sicca obvoluta stricta, calyptra rufescens ad tertiam partem fissa.

Nescimus quomodo Martius in Flora Erlangensi admoneat Tironem, ne *Tortulam fallacem* cum *Tortula unguiculata* confundat, nam summopere differunt. Folia in *Tortula unguiculata* sunt obtusa mucronulata, dum in *Tortula fallaci* sunt lanceolato-linearia acuminata et dum madida squarrosa observantur, quod in *Tortula unguiculata* nunquam accidit.

4. Tortula gracilis.

T. Caule subsimplici, foliis ovato-acuminatis erectis rigidis siccitate strictis, capsula oblongo-ovata, operculo conico.

Tortula gracilis. *Hook. et Grew. in Edinburg. journ. of sc. p.* 300. *Arn. disp. meth. p.* 287. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 61, *suppl. tab.* 2. *Fior. Mazz. bryol. rom. p.* 10. *Dub. bot. gall. p.* 566.

Barbula gracilis. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 125, *tab.* 34. *Brid. meth. p.* 89.

In mæniis urbis.

Caulis quandoque ex innovationibus ramosus, lineas sex aut octo altus. Folia inferiora remota superiora adproximata. Seta in speciminibus nostris solummodo tres aut quatuor lineas longa. Peristomii dentes rubri.

Figura citata Schwægrichenii bene convenit, non quoad colorem dentes peristomii. Web. et Mohr *Tortulam gracilem* cum *Tortula fallaci* conjungunt, nos speciem distinctam retinuimus auctoritate innixi Auctorum citatorum.

5. Tortula convoluta.

T. Caule breviusculo subramoso, foliis oblongo lanceolatis erecto patentibus perichætialibus latis obtusis insigniter convolutis vaginantibus, capsula oblonga, operculo capsulæ longitudinis.

Tortula convoluta. *Swartz musc. suec. p.* 41. *Arn. disp. meth. p.* 285. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 54, *tab.* 12. *Dub. bot. gall. p.* 564.

Barbula convoluta. *Hedw. sp. p.* 120. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 127. *Brid. meth. p.* 94. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 212. *Voit musc. herbip. p.* 53. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 90.

Barbula setacea. *Hewd. stirp.* 1, *p.* 86, *tab.* 32.

In mæniis urbis.

Caulis tres quatuor lineas longus. Folia apicem versus interdum subcrenulata, ut bene admonuit Martius, acuta, nervo vix in apicem abiente. Seta quinque vel sex lineas longa.

Weber et Mohr asserunt malam citatam Hedwigii iconem esse, nam folia inferiora nimis angusta picta fuerunt et apiculo carentes, nos contra asserimus folia inferiora exacte figurata, et superiora nimis longiora esse præcipue in figura quinta.

6. Tortula revoluta.

T. Caule erecto sæpe ramoso, foliis lato-lanceolatis margine insigniter revolutis, perichætialibus involutis, capsula oblonga, operculo capsulam longitudine vix æquante subulato rostrato.

Tortula revoluta. *Brid. in Schrad. journ. Ejusd. muscol. suppl.* 1, *p.* 262. *Arn. disp. meth. p.* 285. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 54, *tab.* 12. *Dub. bot. gall. p.* 564. *Fiorin. Mazz. bryol. rom. p.* 9.

Barbula revoluta. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 210. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 127, *tab.* 32. *Brid. meth. p.* 95.

Barbula obtusifolia. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 129, *tab.* 31. *Brid. meth. p.* 92.

Barbula convoluta. *Moug. et Nestl. n.* 218 (*fide Hook. et Tayl. l. c.*).

Barbula Hornschuchiana *Schultz. Schleich. musci helvet. exsicc.*

In mæniis urbis.

Caulis erectus simplex vel ramosus basi interdum denudatus. Folia erecta propter siccitatem in spiram revoluta, pallide viridia, ductulosa. Perichætialia convoluta pallidiora. Seta uncialis rufa. Capsula oblonga rufobrunnea. Operculum subulatum incurvatum capsulæ concolor.

+ + Foliis mucronatis.

7. Tortula unguiculata.

T. Caule erecto ramoso, foliis oblongo lanceolatis obtusiusculis nervo producto apice latis margine reflexis, capsula subcylindrica, operculo rostrato capsulæ longitudine.

Tortula unguiculata. *Brid. suppl.* 1, *p.* 258. *Arn. disp. meth. p.* 286. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 57, *tab.* 12. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 9. *Dub. bot. gall. p.* 565. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 328. *Bals. et De Not. musc. exsicc. Mediol. fasc. II, n.* 31.

Tortula mucronulata. *Swartz musc. suec. p.* 40.

Barbula unguiculata. *Hedw. stirp.* 4, *p.* 59, *tab.* 23. *Hedw. sp. p.* 118. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 123. *Brid. meth. p.* 94. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 208. *Voit musc. herbip. p.* 54. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 89.

Dill. hist. musc. p. 383, *tab.* 48, *fig.* 47—49.

In mæniis urbis et ad marginem agrorum passim.

Caulis semiuncialis interdum uncialis. Folia carinata siccitate tortilia. Seta tres vel sex lineas longa.

Species summopere variabilis, et ideo quamplurimæ

varietates ab ætate loco natali, ec., oriuntur, quæ uti species distinctæ ab auctoribus retinentur, tales sunt: *Barbula lanceolata.* Hedw. sp. p. 119, tab. 26, fig. 9—11. *Barbula stricta* et *apiculata.* Ejusd. l. cit. *Barbula acuminata.* Schwægr. suppl. 1, 1, p. 123. *Barbula amœna.* Brid. meth. p. 90. *Barbula dubia, aristata.* Brid. meth. p. 93.

+ + + Foliis piliferis.

8. Tortula muralis.

T. Caule abbreviato subsimplici, foliis spatulato-lanceolatis margine recurvis nervo valido præditis in pilum longum desinente, operculo capsulæ dimidiæ longitudine.

α. Tortula muralis vernalis, foliis carinatis pilo longo.

Tortula muralis. *Hedw. sp. p.* 123. *Brid. musc.* 2, *p.* 187. *Arn. disp. meth. p.* 285. *Swartz musc. suec. p.* 39. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 55, *tab.* 12. *Fiorin. Mazz. bryol. rom. p.* 8. *Dub. bot. gall. p.* 564. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 327.

Barbula muralis. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 132. *Brid. meth. p.* 91. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 206. *Voit musc. herbip. p.* 55. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 90.

Dill. hist. musc. p. 355, *tab.* 45, *fig.* 14. *Vaill. bot. paris. tab.* 24, *fig.* 15.

β. Tortula muralis æstiva, foliis planiusculis, inferioribus apiculatis, superioribus pilo brevi.

Barbula mutica. *Brid. meth. p.* 91. *Arn. disp. meth. p.* 286. *Dub. bot. gall. p.* 565.

Ad muros vetustos et tecta vulgaris.

Caulis duas vel quatuor lineas longus raro ramosus. Folia interdum undulata. Seta quatuor vel sex lineas longa. Capsula subcylindrica.

9. Tortula chloronotos.

T. Caule brevi, foliis late ovatis erectis albo-membranaceis pilo longissimo præditis, nervo latissimo viridi, capsula erecta oblonga, operculo oblique rostrato.

Tortula chloronotos. *Brid. sp. p.* 253. *Dub. bot. gall. p.* 564. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. III, n.* 49.

Tortula membranifolia. *Hook. musc. exot. tab.* 26 (*non visa*).

Barbula chloronotos. *Brid. meth. p.* 90.

Barbula membranifolia. *Schultz in nov. act. acad.* 11, *t.* 34, *fig.* 2 *et* 3 (*non visa*).

Ad saxa in monte *di S. Salvatore* prope *Erba*, vulgaris, et in mæniis urbis.

Caulis tres vel quatuor lineas altus. Folia membranacea alba nervo rufescente ad basin, superius propter parenchyma adauctum incrassato viridi. Margo foliorum cum vitris valde amplificantibus serrulatus. Capsula matura rufescens.

+ + + + Foliis undulatis.

10. Tortula nervosa.

T. Caule brevi interdum ramoso, foliis linearibus acutis basi latioribus integerrimis planiusculis subundulatis erectis siccitate tortilibus, capsula oblonga subcurvata, operculo subulato rostrato.

Tortula nervosa. *Brid. sp.* 1, *p.* 262. *Dub. bot. gall. p.* 564. *Fiorin. Maz. bryol. rom. p.* 10.

Tortula inclinata. *Hedw. fil. in Web. et Mohr Beyträge, tom.* 1, *p.* 123, *tab.* 5 (*non visa*). *Arn. disp. meth. p.* 285. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 330.

Barbula nervosa. *Brid. meth. p.* 95.

Barbula inclinata. *Schwægr. suppl.* 1, *p.* 131, *tab.* 33.

In sylvis Ticini et Abduæ ad terram humidam.

Caulis adscendens quatuor vel sex lineas longus. Folia dense viridia nervo viridi-ferrugineo. Seta uncialis vel biuncialis. Capsula aliquantisper curvata, interdum recta, et tum basi crassa.

11. Tortula tortuosa.

T. Caule elongato ramoso, foliis e latiore basi elongatis subulatis carinatis undulatis siccitate crispatis, capsula recta cylindrica, operculo longo rostrato.

Tortula tortuosa. *Schreb. spicil. fl. germ. p.* 64. *Hedw. sp. p.* 124. *Brid. musc.* 2, *p.* 189, *et suppl.* 1, *p.* 264. *Arn. disp. meth. p.* 285. *Swartz musc. suec. p.* 39. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 59, *tab.* 12. *Dub. bot. gall. p.* 564. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 329.

Barbula tortuosa. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 129, *tab.* 23. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 205. *Voit musc. herbip. p.* 53. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 88.

Dill. hist. musc. p. 377, *tab.* 48, *fig.* 40.

In locis collinis humidis et in mæniis urbis.

Caulis uncialis et ultra, folia directione varia. Seta uncialis. Capsula matura brunnea.

12. Tortula rigida.

T. Caule brevissimo, foliis incurvis linearibus submucronulatis nervosis marginibus involutis canaliculatis, capsula oblonga, operculo rostrato.

Tortula rigida. *Turn. musc. hibern. p.* 43 *(non DC.). Arn. disp. meth. p.* 285. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 53, *suppl. tab.* 2. *Fiorin. Mazz. bryol. rom. p.* 10 *(exclusis synonimibus Hedwigii et Swartzii et engl. bot. ad Tortulam enervem spectantibus). Dub. bot. gall. p.* 564.

Trichostomum aloides. *Moug. et Nestl. (ex Schleicheri speciminibus exsiccatis).*

Bryum rigidum. *Dicks. Dill. hist. musc. p.* 388, *tab.* 49, *fig.* 55.

Ad terram lutosam in fissuris rupium a *S. Salvatore* prope *Erba*, et in mæniis urbis.

Caulis linearis. Folia siccitate contorta, madida formam incurvam offerunt et propter margines revolutos canaliculata videntur, nervosa, nervo ad apicem rufescente. Seta sex aut octo lineas longa rufescens. Capsula oblonga.

In citatione Comitissæ Elisabethæ Fiorini Mazzanti plurima synonima excludenda esse diximus, nam ex speciminibus ab ipsa Fiorini missis et ex descriptione Tortulam suam veram esse rigidam et non enervem adfirmamus, uti ex synonimibus ab ipsa citatis primo intuitu videretur.

XII. DIDYMODON.

Swartz musc. suec. p. 28. *Hedw. sp. p.* 104. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 116. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 113, *tab.* 2. *Arn. disp. meth. p.* 282.

Dicrani *spec. Hedw. fund. musc. et spec. musc.* Trichostomi *spec. Hedw. sp. musc.* Weissiæ *spec. Hedw. stirp. et spec. musc.*

Seta terminalis, peristoma simplex dentibus 16 aut 32 linearibus rectis per paria approximatis, aut basi subcoalitis, calyptra dimidiata.

1. Foliis ovatis vel lanceolatis.

1. Didymodon lanceolatum.

D. Caule elongato simplici vel diviso, foliis oblongo-lanceolatis integris concavis nervo valido ultra apicem producto piliferis, capsula elliptica, operculo conico rostrato incurvo.

Didymodon lanceolatum. *Bals. et De Not. bryol. Mediol. mss. Eorund. musc. Mediol. exsicc. fasc. III*, 50.

Leersia lanceolata. *Hedw. stirp.* 2, *p.* 66, *tab.* 23.

Grimmia lanceolata. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 136. *Voit musc. herbip. p.* 31.

Encalypta lanceolata. *Hedw. sp. p.* 63. *Brid. suppl.* 1, *p.* 92. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 305.

Weissia lanceolata. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 113. *Brid. meth. p.* 47. *Arn. disp. meth. p.* 272. *Dub. bot. gall. p.* 570.

Coscinodon lanceolatus. *Brid. meth. p.* 49.

Coscinodon aciphyllus. *Brid. meth. p.* 49.

Coscinodon connatus. *Brid. meth. p.* 50.

Didymodon apiculatum. *Bals. et De Not. cent. I, in Bibl. ital. vol. LXIV, n.* 10 *(quoad specimina Mediolanensia) (non Arn.).*

In mæniis urbis, locis siccis sterilibus fere ubique cum *Gymnostomo truncato.*

Caulis duas vel tres lineas altus, folia sicca plicato-crispata. Seta et capsula rufescentes. Peristomii dentes 32 pallide rubri per paria approximata interdum hinc inde connexis, apice vero fere semper liberi.

Libenter fatemur nos hanc speciem cum *Didymodonte apiculato* commutavisse, a quo differt statura minore, foliis oblongo-lanceolatis non ovato-oblongis, capsula elliptica non oblonga, uti ex speciminibus in monte Speluga lectis et ex illis Helvetiæ a Schleichero communicatis compertum habemus. Ad genus Didymodon speciem nostram retulimus, nam dentes 32 per paria approximata sunt, non liberi et sedecim uti in Weissiis occurrunt. Specimina nostra omnimodo congruunt cum *Weissia lanceolata* Muscorum exsiccatorum Brebissonii fascic. 4, n. 91.

2. Didymodon nervosum.

D. Caule brevi erecto simplici, foliis obovatis apiculatis concavis nervo valido præditis, capsula erecta ovata, operculo brevirostri.

Didymodon nervosum. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 115, *tab.* 20. *Arn. disp. meth. p.* 282. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. III, n.* 51.

Grimmia atrovirens. *Smith comp. fl. brit. p.* 281, *engl. bot. t.* 2015 *(n. v.).*

In mæniis urbis frequens.

Caulis erectus simplex linearis, folia late obovata concava, nervo valido rufescente prædita læviter apiculata, inferiora rufescentia superiora viridia. Seta vix bilinearis rufescens. Capsula ovata erecta. Peristomii dentes 32 per paria approximati, hinc inde connexi, rubelli. Operculum brevirostre.

Ad hanc speciem uti synonimon *Didymodon nervosum* Bryologiæ Romanæ non retulimus nam specimina a Clarissima Comitissa Fiorini Mazzanti sub hoc nomine missa ad *Phascum rectum* pertinent.

3. Didymodon purpureum.

D. Caule elongato ramoso, foliis ovato-lanceolatis patentibus carinatis, margine subreflexis, capsula oblonga obliqua substrumosa, operculo conico.

Didymodon purpureum. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 113, *tab.* 20. *Arn. disp. meth. p.* 283. *Fior. Mazz. bryol. rom. p.* 14. *Dub. bot. gall. p.* 566. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. II, n.* 32.

Dicranum purpureum. *Swartz musc. suec. p.* 36. *Hedw. sp. p.* 136, *tab.* 36. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 183. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 199. *Voit musc. herbip. p.* 51. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 104. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 325.

Dicranum Celsii. *Hedw. sp. p.* 149, *tab.* 33. *Brid. meth. p.* 69.

Dicranum purpurascens. *Hedw. sp. p.* 137, *tab.* 35. *Brid. meth. p.* 69.

Dicranum intermedium. *Hedw. sp. p.* 138, *tab.* 31. *Brid. meth. p.* 69.

In sylvis et locis aridis planitiei et collium.

Caulis duas vel tres lineas longus, folia plus minus latiora semper integerrima. Seta semiuncialis nitida purpurascens. Capsula purpurea siccitate sulcata, operculum conicum.

4. Didymodon trifarium.

D. Caule simplici innovante ramoso, foliis ovato-lanceolatis obtusiusculis carinatis alternis trifariam dispositis nervo apicem vix attingente, capsula ovato-oblonga, operculo conico rostrato.

Didymodon trifarium. *Swartz musc. suec. p.* 28. *Brid. meth. p.* 102. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 118, *tab.* 20. *Fior. Mazz. bryol. rom. p.* 15. *Montagne*, *Archives de botanique, tom.* 1, *p.* 139. *Arn. disp. meth. p.* 283. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. II*, *n.* 30.

Swartzia trifaria. *Hedw. stirp.* 2, *p.* 76, *tab.* 28.

Cynodontium trifarium. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 114.

Trichostomum trifarium. *Smith. fl. brit.* 3, *p.* 1235.

Var. β. luridus. *Montagne*, *loc. cit.*

Didymodon luridus. *Hornsch. in Spreng. syst. veg.* 4, *p.* 173. *Dub. bot. gall. p.* 566.

Var. γ. tophaceus. *Montagne*, *loc. cit.*

Trichostomum tophaceum et var. β. leucotrichum. *Brid. meth. p.* 84.

Trichostomum lineare. *Smith fl. brit.* 3, *p.* 1247.

Ad muros vetustos prope Urbem.

Caulis sex octo lineas longus. Folia integerrima, margine revoluta. Seta semiuncialis erecta purpurea. Capsula erecta brunnea. Dentes peristomii in plurimis speciminibus nostris albicantes.

Species summopere proteiformis, qua de caussa quamplurimi auctores varietates uti species retinuerunt, nos tamen opinionem Celeberrimi Montagne adoptavimus, nam certe varietates hujusce speciei a loco natali solummodo oriuntur.

5. Didymodon rigidulum.

D. Caule elongato ramoso, foliis lanceolato-acuminatis carinatis erecto patentibus, nervo rigido ad apicem producto, capsula oblonga, operculo oblique rostrato.

Didymodon rigidulum. *Hedw. stirp.* 3, *p.* 8, *tab.* 4. *Ejusd. sp. p.* 104. *Schwægr. suppl.* 1, *p.* 116. *Brid. meth. p.* 102. *Arn. disp. meth. p.* 283. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 159. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 117, *tab.* 20. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 96. *Dub. bot. gall. p.* 566.

Trichostomum rigidulum. *Smith. fl. brit.* 3, *p.* 1258. *Engl. bot. tab.* 2178 *(non visa).*

In mæniis urbis et ad muros in collibus.

Caulis duas vel tres lineas longus, folia sicca tortilia obscure viridia. Seta purpurascens tortilis.

Descriptiones Duby, Weberi et Mohri non e speciminibus desumtæ sunt. Primus ait esse nervum ultra apicem productum, dum solum usque ad apicem et non ultra decurrit, videtur phrasim suam ab illa Hedwigii in loco citato exstante depromptam fuisse, quæ iconi non bene respondet. Weber et Mohr in phrasi specifica asserunt folia recurvato-patentia dum contra erecto patentia cernuntur. Facile hanc speciem cum *Tortula fallaci* confundi potest, a qua differt præcipue forma peristomii et foliis longioribus margine reflexis.

6. Didymodon glaucescens.

D. Caule erecto ramoso, foliis lanceolato-linearibus acuminatis patulis glaucescentibus, nervo apicem attingente, capsula erecta ovato-oblonga, operculo oblique conico.

Didymodon glaucescens. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 158. *Arn. disp. meth. p.* 283. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 116, *tab.* 3. *Grevill. crypt. scott. fl. tom.* 3, *tab.* 127. *Dub. bot. gall. p.* 566.

Trichostomum glaucescens. *Hedw. stirp.* 3, *p.* 91, *tab.*

37, *B. Ejusd. spec. p.* 112. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 145. *Brid. meth. p.* 85. *Swartz musc. succ. p.* 30.

Bryum glaucescens. *Dicks. pl. crypt. brit. fasc.* 4, *p.* 10.

Ad terram ad pedes arborum prope *Sesto-Calende.*

Caulis sex vel octo lineas altus ramosus. Folia inferiora remote alterna squamæformia, superiora longiora conferta, madore patula, siccitate adpressa stricta, etiam sicca valdopere glaucescentia. Capsula ovalis fusca.

7. Didymodon barbula.

D. Caule erecto subsimplici, foliis lanceolato-acuminatis siccitate tortilibus, nervo crasso præditis apicem attingente, capsula erecta cylindrica, operculo obtuse rostrato.

Didymodon barbula. *Bals. et De Not. in Bibl. ital. tom.* 64, *n.* 12 *(non Brid. meth. p.* 102*).*

Trichostomum barbula. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 144, *tab.* 36. *Montagne, in Archives de botanique, t.* 1, *p.* 215.

Trichostomum barbuloides. *Brid. meth. p.* 83.

Trichostomum convolutum. *Brid. meth. p.* 83.

Tortula cirrhata. *Arn. in Wern. trans. vol.* 5. *Ejusd. disp. meth. p.* 287.

Barbula lusitanica. *Brid. sp. musc.* 2, *p.* 249.

Ad saxa in collibus et præcipue ad speluncam *del Buco del Piombo.*

Caulis quatuor vel sex lineas altus inferne nudus. Folia undulata siccitate convoluta. Seta novem vel decem lineas longa, capsula interdum aliquantisper obliqua luteo-fusca. Dentes lineares per paria approximati.

2. Foliis subulatis.

8. Didymodon capillaceum.

D. Caule erecto subsimplici, foliis semivaginantibus subulatis setaceis sparsis vel subdistichis, capsula erecta subcylindrica, operculo brevissime conico.

Didymodon capillaceum. *Swartz musc. suec. p.* 28. *Brid. meth. p.* 100. *Arn. disp. meth. p.* 284. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 155. *Voit musc. herbip. p.* 34. *Hook. et Tayl. musc. brit.* 119, *tab.* 20. *Dub. bot. gall. p.* 566.

Didymodon subulatum. *Brid. meth. p.* 101.

Didymodon distichum. *Brid. meth. p.* 101.

Swartzia capillacea. *Hedw. stirp.* 2, *p.* 72, *tab.* 26.

Cynodontium capillaceum. *Hedw. sp.* 1, *p.* 57. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 114. *Brid. musc.* 2, *p.* 117. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 95. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 317.

Trichostomum capillaceum. *Smith. fl. brit.* 3, *p.* 1326.

In monte *Corni di Canzo* et *a S. Salvatore.*

Caulis interdum apice ramosus duodecim lineas altus. Folia inferiora sparsa, superiora sæpius disticha, in speciminibus vivis patentia recurva. Seta octo vel decem lineas alta fusca. Operculo obtuso.

9. Didymodon pusillum.

D. Caule erecto simplici, foliis e basi latiore subulatis nervosis erectis, capsula ovata oblonga erecta, operculo oblique rostrato.

Didymodon pusillum. *Swartz musc. suec. p.* 29. *Hedw. sp. p.* 104. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 116. *Brid. meth. p.* 101. *Arn. disp. meth. p.* 284. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 157. *Dub. bot. gall. p.* 567.

Trichostomum pusillum. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 74, *tab.* 28.

Ad terram in ruderatis prope *Sesto-Calende* et *Cazzago.*

Caulis tres lineas altus, erectus simplex, folia erecta interdum secunda basi ovato-concava nervo valido usque fere ad apicem attingente prædita. Seta quatuor lineas longa rufescens. Capsula fusca, operculum subulatum oblique rostratum.

10. Didymodon pallidum.

D. Caule exiguo simplici, foliis e lanceolata basi su-

bulato capillaribus, capsula erecta oblonga subcylindrica, operculo obtuse conico.

Didymodon pallidum. *Arn. disp. meth. p.* 284. *Dub. bot. gall. p.* 567.

Trichostomum pallidum. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 71, *tab.* 27. *Ejusd. sp. p.* 108. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 139. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 93. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 319.

Dicranum pallidum. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 196. *Voit musc. herbip. p.* 45.

In sylvis ad terram lutosam non infrequens.

Caulis linearis bilinearis. Folia cum vitris summopere amplificantibus serrulata observantur. Seta uncialis pallida. Capsula matura substrumosa. Dentes peristomii rubelli.

Observationes Weberi et Mohri circa figuram Hedwigi l. c. quoad peristomium et capsulam adfirmamus. Figura foliorum nobis non satis accurata videtur, nam margo integerrimus pinxit dum serrulatus est.

11. Didymodon homomallum.

D. Caule brevi subcæspitoso, foliis subsecundis subulato-setaceis, capsula ovato-cylindrica erecta, operculo conico rostrato.

Didymodon homomallum. *Hedw. sp. p.* 105, *tab.* 23, *fig.* 1—2. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 116. *Brid. meth. p.* 102. *Voit musc. herbip. p.* 35. *Dub. bot. gall. p.* 567.

Didymodon heteromallum. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 119, *tab.* 20. *Arn. disp. meth. p.* 284.

Weissia heteromalla. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 22, *tab.* 8.

Grimmia homomalla. *Smith fl. brit.* 3, *p.* 1192.

In sylvis præcipue *d'Origgio* et in collibus *di Sesto-Calende.*

Caulis tres lineas aut ultra longus. Folia etiam cum vitris paululum amplificantibus apice serrulata cernuntur. Seta tortilis quatuor vel sex lineas alta.

XIII. DICRANUM.

Schreb. gen. pl. 2, *p.* 759. *Arn. disp. meth. p.* 275. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 87, *tab.* 2.

Dicrani et Fissidentis. *spec. Hedw.* Dicrani *spec. Web. et Mohr.*

Seta terminalis (in paucis interdum lateralis), capsula oblonga apophysi interdum donata, peristoma simplex dentibus sedecim bifidis æquidistantibus, calyptra dimidiata.

Sect. I. Fissidens. *Hedw. musc. frond.* 2, *p.* 9.

Folia disticha verticalia plana, basi superne duplicato-vaginantia.

1. Dicranum viridulum.

D. Caule subsimplici erectiusculo, foliis oblongo-lanceolatis obtusiusculis, inferioribus obovatis, omnibus nervo apiculatis, seta terminalis, capsula ovata erecta vel subcernua.

Dicranum viridulum. *Swartz musc. suec. p.* 32 *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 161. *Dub. bot. gall. p.* 567. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. II, n.* 33.

Dicranum palmatum. *Arn. disp. meth. p.* 275.

Fissidens palmatus. *Hedw. stirp.* 3, *p.* 69, *tab.* 30. *Ejusd. sp. p.* 154. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 6. *Brid. meth. p.* 188.

Dicranum bryoides. *Hook. et Tayl. musc. brit. tab.* 16.

Fissidens bryoides. *Hedw. stirp.* 3, *p.* 67, *tab.* 29.

Hypnum palmatum. *Swartz prodr. p.* 140.

Hypnum bryoides. *Linn. sp. p.* 1588.

Dill. hist. musc. tab. 34, *fig.* 1.

α exile. Caule breviusculo simplici.

Dicranum palmatum, var. α exile. *Arn. disp. meth. p.* 275.

Fissidens exilis. *Hedw. sp. p.* 152, *tab.* 38. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 4. *Brid. meth. p.* 187.

Fissidens incurvus. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 5, *tab.* 49.

β osmundioides. Caule elongato subramoso.

Fissidens osmundioides. *Hedw. sp. p.* 15, *tab.* 40.

Dicranum bryoides. *Swartz musc. suec. p.* 32 *et* 86, *tab.* 2, *fig.* 4.

Fissidens elegans. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 7. *Brid. meth. p.* 189.

Fissidens asplenioides. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 8. *Brid. meth. p.* 190.

Fissidens acacioides. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 7. *Brid. meth. p.* 192.

Fissidens dicarpos. *Brid. meth. p.* 190.

Fissidens Thunbergii. *Brid. meth. p.* 191.

In sylvis, sepibus et locis humidis umbrosis.

Caulis in varietate α duas vel quatuor lineas longus in β sæpe etiam pollicaris. Folia sæpe sæpius decemjuga. Seta plus minus longa propter innovationes lateralis sæpe videtur. Capsula in speciminibus nostris nunc erecta nunc cernua observatur.

Etiamsi Celeberrimus Arnott in sua dispositione methodica muscorum synonimiam hujusce speciei reformaverit, tamen nobis visa est adhuc confusa, et ideo aliquas mutationes intromittere ausimus.

2. Dicranum adianthoides.

D. Caule subramoso elongato, foliis ovato-lanceolatis acutiusculis apice plus minus serrulatis, seta mediotenus axillari, capsula ovato-oblonga subcernua, operculo subulato longirostro.

Dicranum adianthoides. *Swartz musc. suec. p.* 31. *Arn. disp. meth. p.* 276. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 164. *Voit musc. herbip. p.* 36. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 10,

tab. 16. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 13. *Dub. bot. gall. p.* 567.

Fissidens adianthoides. *Hedw. stirp.* 3, *p.* 61, *tab.* 26. *Ejusd. sp. p.* 159. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 10. *Brid. meth. p.* 191. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 109. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 320.

Fissidens grandifrons. *Brid. meth. p.* 191.

Hypnum adianthoides. *Linn. sp. p.* 1588.

Dill. hist. musc. p. 264, *tab.* 34, *fig.* 2. *Vaill. bot. paris. p.* 136, *tab.* 28, *fig.* 5.

In locis humidis umbrosis ad rivulos frequens.

Caulis bi-triuncialis, folia perichætialia longe acuminata stricte setæ approximata. Seta semiuncialis nitida purpurea. Dentes peristomii in speciminibus nostris denticulati.

3. Dicranum taxifolium.

D. Caule simplici decumbente, foliis distichis ovato-lanceolatis imbricatis, seta subradicali, capsula subnutante, operculo rostrato.

Dicranum taxifolium. *Swartz musc. suec. p.* 31. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 165. *Voit musc. herbip. p.* 37. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 91, *tab.* 16. *Dub. bot. gall. p.* 568. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. II, n.* 34.

Fissidens taxifolius. *Hedw. fund. musc.* 2, *p.* 91. *Ejusd. spec. p.* 155, *tab.* 39, *fig.* 1—5. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 10. *Brid. meth. p.* 189. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 110. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 321.

Hypnum taxifolium. *Linn.* 1587.

Dill. hist. musc. p. 263, *tab.* 34, *fig.* 2.

In locis umbrosis humidis in planitie, et in fissuris rupium in collibus.

Caulis semiuncialis per innovationes aliquando cæspitosus, folia alterne pinnata.

A *Dicrano adianthoide* differt statura minore, foliis acutioribus angustioribus, seta radicali.

Sect. II. Eudicranum. *Dub. bot. gall. p.* 568.

Folia undique inserta planiuscula simplicia.

+ Foliis enervibus.

4. Dicranum glaucum.

D. Caule ramoso dense cæspitoso, foliis ovato-lanceolatis enervibus integerrimis undique erecto-patentibus strictis, capsula ovata cernua substrumosa, operculo rostrato.

Dicranum glaucum. *Swartz musc. suec. p.* 35. *Hedw. sp. p.* 135. *Schwægr. supp.* 1, 1, *p.* 187. *Brid. meth. p.* 66. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 166. *Voit musc. herbip. p.* 38. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 92, *tab.* 16. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 105. *Dub. bot. gall. p.* 568. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 323. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. I, n.* 16.

Bryum glaucum. *Linn. sp.* 1582.

Dill. hist. musc. p. 362, *tab.* 46, *fig.* 20. *Vaill. bot. paris. tab.* 26, *fig.* 13.

In sylvis, denses cæspitos efformat.

Caulis duas vel quatuor uncias altus, fastigiatus. Folia glaucescentia vel albida. Seta semiuncialis brunneo-fusca siccitate tortilis. Capsula in speciminibus exsiccatis striata. Calyptra campanulato-subulata albida glaucescens ad apicem straminea.

+ + Foliis late nervosis.

5. Dicranum longifolium.

D. Caule subsimplici elongato, foliis lanceolato-subu-

latis longissimis subsecundis nervo præditis, capsula cylindrica recta, operculo rostrato longitudine capsulæ.

Dicranum longifolium. *Hedw. stirp.* 3, *p.* 24, *tab.* 9. *Ejusd. sp. p.* 130. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 176. *Brid. meth. p.* 60. *Arn. disp. meth. p.* 277. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 172. *Swartz musc. suec. p.* 34. *Voit musc. herbip. p.* 42. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 93, *tab.* 16. *Dub. bot. gall. p.* 568. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 323.

In monte *dei Corni di Canzo.*

Caulis uncialis gracilis. Folia nervo prædita, non enervia uti Hedwigius et Schwægrichen asserunt, basi concava lanceolata et inde canaliculata, cum vitris potentioribus solummodo margina serrulata videntur. Capsula matura fusca.

+ + + Foliis tenuinerviis.

6. Dicranum undulatum.

D. Caule ascendente ramoso tomentoso elongato, foliis lanceolato-acuminatis planiusculis siccitate transversim undulatis, apice serrulatis, capsula cylindrica cernua, operculo longe rostrato curvo.

Dicranum undulatum. *Turn. musc. hibern. p.* 59 *(non Schraderi, quod est Dicranum Schraderi). Web. et Mohr bot. tasch. p.* 176. *Voit musc. herbip. p.* 39. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 100, *tab.* 18. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 97. *Dub. bot. gall. p.* 569.

Dicranum polysetum. *Swartz musc. suec. p.* 54 *et* 87, *tab.* 3, *fig.* 5. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 167, *tab.* 41 *(non Dicranum polysetum Bridel. quod mera varietas est Dicrani scoparii).*

Dill. hist. musc. p. 357, *tab.* 46, *fig.* 16.

In sylvis planitiei et collium vulgaris.

Caulis erectus ramosus tomentosus uncias duas vel tres longus. Folia inferiora patentia, superiora erecta

secunda. Ab unico perichætio plurimæ setæ exeunt rufoflavescentes siccitate tortiles. Capsula rufa.

Miramur Celeberrimum Pollinium hanc speciem in Flora Veronensi ommissise, dum in tota Italia observatur, specimina in Montibus Lessinensibus lecta nobis communicata fuerunt ab eximio botanices cultore Domino Mauritio Rainer von Harbach.

7. Dicranum scoparium.

D. Caule elongato ramoso tomentoso, foliis lanceolato-acuminatis falcato-secundis, apice grosse dentatis, capsula cylindracea arcuata cernua, operculo longe rostrato, capsulam æquante.

Dicranum scoparium. *Swartz musc. suec. p.* 34. *Hedw. sp. p.* 126. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 162. *Brid. meth. p.* 58. *Arn. disp. meth. p.* 278. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 173. *Voit musc. herbip. p.* 39. *Dub. bot. gall. p.* 569. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 322. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 14. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. III, n.* 52.

α Dicranum scoparium majus. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 101, *tab.* 18, *fig. dext.*

Dicranum majus. *Turn. musc. hibern. p.* 58. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 163, *tab.* 40. *Arn. disp. meth. p.* 278.

Dicranum polysetum. *Brid. meth. p.* 56.

In sylvis passim.

Caulis duas vel quatuor uncias altus adscendens. Seta uncialis aut sesquiuncialis erecta, rufescens, siccitate tortilis. Capsula lævis setæ concolor aut interdum rufobrunnea.

8. Dicranum congestum.

D. Caule brevi, foliis angustissimis falcatis lanceolato-acuminatis subsecundis, siccitate crispis, capsula ovato-oblonga cernua, operculo rostrato.

Dicranum congestum. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 168, *tab.* 42.

Dicranum longirostre. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 170, *tab.* 44.

Dicranum elongatum. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 171, *tab.* 43.

Dicranum fuscescens. *Turn. musc. hibern. p.* 60, *tab.* 5, *fig.* 1. *Arn. disp. meth. p.* 278.

Dicranum rupestre. *Brid. meth. p.* 58.

Dicranum scoparium var. β fuscescens. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 101, *tab.* 18, *fig. sinist. Dub. bot. gall. p.* 569.

In collibus prope *Sesto-Calende.*

Caules erecti valde ramosi condensati. Folia concava canaliculata apice serrulata, siccitate tortilia. Seta uncialis erecta siccitate tortilis, capsula lævis fusca.

9. Dicranum heteromallum.

D. Caule subramoso brevi, foliis e lata basi subulato-setaceis, falcato-secundis integerrimis, apice interdum serrulatis, capsula oblongo-ovata subcernua, operculo conico subulato, capsulæ longitudine.

Dicranum heteromallum. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 68, *tab.* 26. *Ejusd. sp. p.* 128. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 173. *Brid. meth.* 59. *Arn. disp. meth. p.* 281. *Swartz musc. suec. p.* 37. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 190 (*excluso synonimo Dicrani subulati*). *Voit musc. herbip. p.* 42. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 103, *tab.* 18. *Mart. fl. cryp. erlang. p.* 98. *Dub. bot. gall. p.* 569. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 323. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. II, n.* 35.

Dicranum curvatum. *Hedw. sp. p.* 132, *tab.* 31, *fig.* 7—12. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 172. *Brid. meth. p.* 58.

Bryum heteromallum. *Linn. sp.* 1583.

Dill. hist. musc. p. 375, *tab.* 47, *fig.* 37.

In sylvis planitiei et collium.

Caulis uncialis vel semiuncialis erectus. Folia in speciminibus nostris apice serrulata. Seta semiuncialis pallide lutescens siccitate tortilis. Capsula magnitudine varia.

10. Dicranum subulatum.

D. Caule ramoso, foliis erecto-patentibus ovato-subulatis subsecundis integerrimis, capsula obovata cernua, operculo conico subulato, capsula breviore.

Dicranum subulatum. *Hedw. sp. p.* 128, *tab.* 34, *fig.* 1—5. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 173. *Brid. meth. p.* 59. *Arn. disp. meth. p.* 280. *Voit musc. herbip. p.* 43. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 103, *tab.* 18. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 98. *Fiorin. Mazz. bryol. rom. p.* 13.

Dicranum heteromallum variet. 1 subulatum. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 191.

In sylvis ad terram sæpe occurrit.

Caulis duas vel tres lineas longus, folia etiam sub microscopio composito semper integerrima cernuntur. Seta bilinearis pallida.

A *Dicrano heteromallo* differt statura minore, foliis patentibus ovato-subulatis, seta breviore, capsula minore obovata et operculo breviore.

11. Dicranum falcatum.

D. Caule erecto subsimplici, foliis lanceolato-subulatis falcatis secundis, capsula oblonga substrumosa, operculo rostrato.

Dicranum falcatum. *Hedw. sp. p.* 150, *tab.* 32, *fig.* 1—7. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 190. *Brid. meth. p.* 53. *Arn. disp. meth. p.* 280. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 190. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 97, *tab.* 17. *Smith. fl. brit.* 3, *p.* 120.

In montibus supra *Erba*.

Caulis semiuncialis vel uncialis, divisus suberectus. Folia inferius lata lanceolata, deinde paullatim attenuata,

subulata, falcata recurva, secunda. Seta basi rutilans superius pallida. Capsula basi strumosa.

12. Dicranum varium.

D. Caule brevi subsimplici, foliis lanceolato-subulatis erecto-patentibus, omnibus vel saltem supremis secundis, capsula ovata, operculo rostrato subulato.

Dicranum varium. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 102, *tab.* 17. *Arn. disp. meth. p.* 280. *Dub. bot. gall. p.* 570.

α viride, foliis sparsis lanceolato-subulatis viridibus, capsula subcernua.

Dicranum varium. *Hedw. stirp.* 2, *p.* 93, *tab.* 34. *Ejusd. sp. p.* 133. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 174. *Brid. meth. p.* 61. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 186. *Voit musc. herbip. p.* 46. *Fiorin. Mazz. bryol. rom. p.* 13. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 306. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. II*, *n.* 36.

Dicranum rigidulum. *Swartz musc. suec. p.* 38 *et* 89, *tab.* 3, *fig.* 7. *Hedw. sp. p.* 134, *tab.* 32. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 174. *Brid. meth. p.* 61.

β rufescens, foliis subulatis erecto-patentibus secundis rufescentibus, capsula erecta.

Dicranum rufescens. *Smith engl. bot. tab.* 1216 *(n. v.)* *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 99.

Dicranum varium β. *Brid. meth. p.* 61.

In locis argillosis, in sylvis et ad vias.

Caulis bilinearis vel trilinearis. Seta tres quatuor lineas longa læte purpurea. Capsula rufa, operculo purpureo.

Duby in phrasi specifica folia describit subserrulata, Weber et Mohr integerrima dicunt, in speciminibus nostris sub augmento maximo aliqua integra, aliqua denticulata observantur.

13. Dicranum Schreberi.

D. Caule simplici erecto, foliis basi dilatatis, apice subulatis flexuosis patentibus integerrimis, capsula cernua substrumosa, operculo conico acuminato.

Dicranum Schreberi. *Swartz musc. suec. p.* 37 *et* 88, *tab.* 2, *fig.* 3. *Brid. meth. p.* 64. *Arn. disp. meth. p.* 281. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 184. *Voit musc. herbip. p.* 45. *Dub. bot. gall. p.* 570.

Dicranum Schreberianum. *Hedw. sp. p.* 144, *tab.* 33, *fig.* 6—10. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 179. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 95, *suppl. tab.* 3. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 103.

In argillosis prope Urbem.

Caules tres vel quatuor lineas longi, folia e lata amplexante basi subito anguste subulata. Seta tres vel quatuor lineas longa. Capsula ovata cernua rufescens.

Icon Hedwigii male speciem nostram representat, folia adaucta dentes duos offerunt dum in specie integerrima observantur. Color dentium peristomii in icone Hedwigii flavescens est dum purpurei sunt ut bene observavit Swartz l. cit.

XIV. WEISSIA.

Hedw. fund. musc. 2, *p.* 90. *Ejusd. sp. p.* 64. *Brid. meth. p.* 38. *Arn. disp. meth. p.* 272. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 75, *tab.* 2.

Grimmiæ *spec. Web. et Mohr.*

Seta terminalis, capsula erecta apophysi destituta, peristoma simplex dentibus sedecim erectis integris imperforatis æquidistantibus, calyptra cucullata dimidiata.

1. Theca lævi.

+ Foliis siccitate tortilibus.

1. Weissia recurvata.

W. Caule brevissimo erecto subsimplici, foliis imbricatis subulatis setaceis, seta arcuata incurva, capsula ovata, operculo rostrato.

Weissia recurvata. *Brid. meth. p.* 43. *Arn. disp. meth. p.* 273. *Hook. et. Tayl. musc. brit. ed.* 1, *p.* 47, *et ed.* 2, *p.* 85, *tab.* 15. *Dub. bot. gall. p.* 571.

Grimmia recurvata. *Hedw. stirp. crypt.* 1, *p.* 102, *tab.* 38. *Ejusd. sp. musc. p.* 75. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 83. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 145. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 113.

Bryum recurvatum. *Linn. syst.* 949.

Ad rupes humidas *al Ponte Molinello* prope Comum.

Caulis erectus linearis, folia conferta nervo prædita, siccitate parum contorta, senio viridi-fusca. Seta tres vel quatuor lineas longa arcuata incurva, in prima ætate erecta. Capsula matura fusca, calyptra fusco-flavescens apice nigra. Operculum curvirostrum.

2. Weissia controversa.

W. Caule brevissimo erecto subsimplici, foliis lanceolato-subulatis siccitate valde tortilibus, capsula ovato-elliptica, operculo rostrato.

Weissia controversa. *Hedw. stirp.* 3, *p.* 12, *tab.* 5. *Ejusd. sp. p.* 67. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 77. *Arn. disp. meth. p.* 273. *Swartz musc. suec. p.* 26. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 84, *tab.* 15. *Fior. Mazz. bryol. rom. p.* 8. *Dub. bot. gall. p.* 571.

Weissia viridula. *Hedw. fund. musc.* 2, *p.* 69. *Brid. meth. p.* 38.

Weissia microodonta. *Hedw. sp. p.* 69, *tab.* 11, *fig.* 7—13.

Weissia microdon. *Schwægr. suppl.* 1, *p.* 77. *Brid. meth. p.* 38.

Weissia curvicaulis. *Brid. meth. p.* 39.

Weissia erythrogona. *Brid. meth. p.* 39.

Weissia mutabilis. *Brid. sp. musc.* 1, *p.* 103. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 112.

Grimmia controversa. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 133. *Voit musc. herbip. p.* 32.

Bryum viridulum. *All. fl. ped.* 11, *p.* 300 *(non Linn. nec auctor).*

Dill. hist. musc. p. 380, *tab.* 48, *fig.* 43. *Vaill. bot. paris. tab.* 29, *fig.* 5 *a.*

In sylvis et locis umbrosis frequens.

Caules duas vel tres lineas longi cæspitosi. Folia pallide virentia carinata, bene madida patula recurva, sicca marginibus incurvis. Seta tres vel quatuor lineas longa. Capsula matura luteo-fusca. Operculum basi rubescens.

3. Weissia curvirostra.

W. Caule erecto ramoso, foliis lanceolatis imbricato-patulis siccitate subtortilibus, capsula recta cylindrica, operculo recurvirostro.

Weissia curvirostra. *Swartz musc. suec. p.* 25. *Brid. meth. p.* 42. *Arn. disp. meth. p.* 273. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 84, *tab.* 14. *Dub. bot. gall. p.* 571.

Weissia recurvirostra. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 19, *tab.* 7. *Ejusd. sp. p.* 71. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 74. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 111. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 311.

Grimmia curvirostra. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 135 *Voit musc. herbip. p.* 29.

In locis sabulosis, in nemoribus *della Merlata* et in collibus.

Caulis rectus innovans semiuncialis et amplius. Folia

nervo valido rufescente prædita. Seta basi inferius rufescens, superius pallida. Capsula cylindrica.

Operculum ut bene admonuit Hedwig. l. cit. adhuc calyptra tectum rectum est, calyptra ammissa, versus curvaturam capsulæ ita retroflectitur ut uncellum quasi repræsentet, interdum tamen etiam primariam directionem retinet.

4. Weissia cirrhata.

W. Caule erecto, innovationibus diviso, foliis lineari-lanceolatis carinatis patentibus siccitate tortilibus margine recurvis, capsula subcylindrica, operculo oblique rostrato.

Weissia cirrhata. *Hedw. sp. p.* 69, *tab.* 12, *fig.* 7—12. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 75. *Brid. meth. p.* 41. *Arn. disp. meth. p.* 273. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 82, *tab.* 15. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 111.

Grimmia cirrhata. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 134.

Encalypta cirrhata. *Swartz musc. suec. p.* 25.

Mnium cirrhatum. *Linn. sp.* 1576.

Dill. hist. musc. p. 379, *tab.* 48, *fig.* 42.

In sylvis Ticini et ad saxa in collibus prope *Sesto-Calende* et prope *Erba*.

Caulis tres quatuor lineas longus. Folia integerrima. Seta pallida quinque vel sex lineas longa. Capsula subluteo-fusca.

+ + Foliis strictiusculis.

5. Weissia verticillata.

W. Caule subramoso erecto, foliis lanceolato-subulatis erectis, nervo crasso apicem attingente, capsula oblongo-ovata, operculo cuspidato.

Weissia verticillata. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 71, *tab.* 20. *Arn. disp. meth. p.* 274. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 86, *tab.* 15. *Dub. bot. gall. p.* 572.

Weissia capillacea. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 69, *tab.* 19. *Brid. meth. p.* 46 (*fide Hook. et Tayl. l. c.*).

Coscinodon verticillatus. *Brid. meth. p.* 50.

Grimmia verticillata. *Smith. fl. brit.* 3, *p.* 1191.

Grimmia fragilis. *Web. et Mohr in Archiv. für die System., etc., p.* 129, *tab.* 4, *fig.* 4 (*m. v.*).

Bryum verticillatum. *Linn. sp.* 1585.

Bryum fasciculatum. *Dicks. pl. crypt. brit. fasc.* 3, *p.* 3. *Dill. hist. musc. p.* 374, *tab.* 47, *fig.* 32.

Ad rupes stillicidio irroratas secus Abduam prope *Trezzo*, et *in monte di S. Salvatore* prope *Erba*.

Caules in cæspites congesti ramosi quatuor vel sex lineas alti. Folia subverticillata rigida pallide viridia. Seta subflexuosa. Capsula lævis.

2. Theca striata.

6. Weissia striata.

W. Caule ramoso erecto, foliis imbricatis lineari-sub-oblongis apice denticulatis siccitate crispatis, capsula turbinata, operculo oblique subulato.

Weissia striata. *Arn. disp. meth. p.* 274. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 81, *tab.* 15. *Dub. bot. gall. p.* 571.

Grimmia striata. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 143.

α minor, foliis lineari-subulatis subserrulatis.

Weissia fugax. *Hedw. sp. p.* 64, *tab.* 13, *fig.* 5—10 (*figura mala quoad folia non serrulata*). *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 77. *Brid. meth. p.* 40.

Weissia schisti. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 72, *tab.* 20. *Brid. meth. p.* 39.

β major, foliis late linearibus denticulatis.

Weissia denticulata. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 75, *tab.* 19. *Brid. meth. p.* 41.

Weissia pumila. *Brid. meth. p.* 39.

In interstitiis murorum ad viam *di S. Salvatore* et alibi in eodem monte.

Caulis divisus erectus. Folia glaucescentia siccitate contorta, madida subpatula. Capsula striata aliquantisper strumosa.

Ad varietatem β quamplurima specimina nostra referuntur.

CAMPYLOPEÆ. *Bals. et. De Not. bryol. Mediol. mss.*

Seta terminalis. Peristoma simplex dentibus sedecim bifidis intus adnatis, calyptra mytræformis basi pectinato-ciliata.

XV. THESANOMITRION.

Schwægr. suppl. 2, 1, *p.* 61. *Arn. disp. meth. p.* 281. Dicrani *spec. Schwægr.* Campylopi et Weissiæ *spec. Brid.*

Seta terminalis flexuosa, capsula plerumque basi rugis acutis et prominulis scabra, peristoma simplex dentibus sedecim bifidis intus adnatis, calyptra mytræformis lævis basi pectinato-ciliata.

1. Thesanomitrion flexuosum.

Th. Caule subramoso erecto, foliis linearibus subulatis nervo latissimo præditis, capsula ovali striata, operculo rostrato.

Thesanomitrion flexuosum. *Arn. l. cit. p.* 281. *Dub. bot. gall. p.* 572.

Dicranum flexuosum. *Hedw. sp. p.* 145. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 189. *Voit musc. herbip. p.* 44. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 94, *tab.* 16.

Campylopus flexuosus. *Brid. meth. p.* 71.

Weissia immersa. *Brid. meth. p.* 71.

Bryum immersum. *Dicks. pl. crypt. brit. fasc.* 4, *p.* 15.

Thesanomitrion flexuosum β nigro viride, foliis ovato-lanceolatis canaliculatis piliferis, pedunculis incurvatis.

Campylopus pilifer. *Brid. meth. p.* 77.

Campylopus dichotomus. *Brid. meth. p.* 77.

Ad terram secus viam *di Caslino* in locis aridis.

Caulis ramosus erectus pollicaris. Folia in specie linearia subulata, in varietate ovato-lanceolata cum nervo in pilum longum desinente, inferiora nigricantia, superiora viridia.

GRIMMOIDEÆ. *Arn. disp. meth. p.* 267.

XVI. ENCALYPTA.

Schreb. gen. plant. 2, *p.* 759. *Hedw. sp. p.* 60. *Arn. disp. meth. p.* 271. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 62, *tab.* 2.

Leersiæ *spec. Hedw. fund. musc.* Bryi. *spec. Linn.*

Seta terminalis, peristoma simplex, dentibus sedecim angustis erectiusculis integris æquidistantibus, calyptra magna campanulata lævis capsulam maturam involvens.

1. Encalypta vulgaris.

E. Caule brevi simplici recto, foliis spathulato-lanceolatis obtusis nervo valido paululum ultra apicem producto, capsula lævi, calyptra ore amplo basi integra.

Encalypta vulgaris. *Hedw. sp. p.* 60. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 56. *Brid. meth. p.* 28. *Arn. disp. meth. p.* 271. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 106. *Voit musc. herbip. p.* 20. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 63, *tab.* 13. *Nees bryol. german.* 2, *p.* 32. *Fior. Mazz. bryol. roman. p.* 6.

Mart. fl. crypt. erlang. p. 115. *Dub. bot. gall. p.* 572. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 304.

Encalypta extinctoria. *Swartz musc. suec. p.* 24.

Leersia vulgaris. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 46, *tab.* 18.

Leersia marginata. *Hedw. fund. musc. p.* 103, *tab.* 4, *fig.* 19.

Bryum extinctorium. *Linn. sp.* 1531.

Dill. hist. musc. p. 349, *tab.* 45, *fig.* 8. *Vaill. bot. paris. p.* 137, *n.* 10, *tab.* 26, *fig.* 1, *a*, *b*, *c*.

Ad muros vetustos urbis.

Caulis duas vel tres lineas longus. Folia conferta patentia, nervo in adultis rufescente. Seta quatuor vel quinque lineas longa rubra. Capsula matura primo viridis dein rufa.

Clarissimus Hedwigius in stirpibus cryptogamicis, peristoma *Encalyptæ vulgaris* simplex et dentibus sedecim constare indicat. Nees in bryologia germanica l. cit. opinionem Schkuhr refert, qui se nunquam vidisse dentes peristomii in hac specie asserit, ipse peristomii dentes negat in *Encalypta vulgari* existere, dentes nil aliud esse quam rudimenta ciliorum e capsula et operculo lacerato derivantia putat, qua de caussa ad divisionem suam Gymnostoma amplectentem spectare, et annulum inter genera Pyramidula et Encalypta constituere. Nos autem opinionem Hedwigii, Hookeri et Taylori admittimus, nam dentes hujusce speciei pluries vidimus, et *Encalyptam vulgarem* veram Encalyptam declaramus, nam etiam habitus aliarum Encalyptarum summopere refert.

2. Encalypta streptocarpa.

E. Caule subramoso elongato, foliis oblongo-lanceolatis erecto-patentibus obtusiusculis nervo valido præditis, capsula cylindrica ore constricto spiraliter sulcata.

Encalypta streptocarpa. *Hedw. sp. p.* 62, *tab.* 10, *fig.* 10—15. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 59. *Brid. meth. p.* 30. *Arn. disp. meth. p.* 271. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 107.

Voit musc. herbip. p. 18. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 62, *tab.* 13. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 115. *Nees bryol. germ.* 2, *p.* 55. *Dub. bot. gall. p.* 572.

Bryum contortum. *Wulf. in Jacq. collect.* 2, *p.* 236.

Bryum ciliare. *Dicks. fasc.* 4, *p.* 15 (*exclusis omnibus synonimibus*).

Dill. hist. musc. p. 535, *tab.* 43, *fig.* 71.

In mæniis urbis et ad muros vetustos.

Caulis semiuncialis vel uncialis innovando ramosus. Folia siccitate contorta, madore patula. Seta octo vel novem lineas longa rubra. Capsula pallida virens basi crocea. Peristomii dentes longi crocei.

Hæc species copiose in locis citatis invenitur sed raro capsulas gerit.

3. Encalypta ciliata.

E. Caule innovando ramoso, foliis oblongo-acuminatis nervo ultra apicem producto apiculatis, capsula lævi subcylindrica æquali, calyptra basi fimbriata.

Encalypta ciliata. *Hedw. sp. p.* 61. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 59. *Arn. disp. meth. p.* 271. *Swartz musc. suec. p.* 25. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 107. *Voit musc. herbip. p.* 19. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 63, *tab.* 13. *Dub. bot. gall. p.* 572.

Encalypta fimbriata. *Brid. meth. p.* 30.

Leersia ciliata. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 49, *tab.* 19.

Leersia fimbriata. *Brid. musc. recent.* 2, 1, *p.* 53.

Bryum extinctorium var. *β. Linn.*

Dill. hist. musc. p. 350, *tab.* 45, *fig.* 9.

In monte *dei Corni di Canzo.*

Caulis sex octo lineas longus. Folia nervo valido basi rufescente prædita. Seta duas vel tres lineas longa rutilans siccitate tortilis. Capsula cylindrica apicem versus contracta. Calyptra campanulata conica, lucida, straminea, basi laciniis lanceolatis fimbriata.

XVII. CINCLIDOTUS.

Palis. de Beauvois, prodr. ætheog. p. 28 *et* 52. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 51, *tab.* 1. *Dub. bot. gall. p.* 573. Trichostomi *spec. Hedw.*

Seta terminalis, peristoma simplex dentibus 32 filiformibus contortis basi anastomasantibus, calyptra mitræformis.

1. Cinclidotus fontinaloides.

C. Caule ramoso longo decumbente, foliis imbricatis ovato-lanceolatis breviter acuminatis, perichætialibus capsulam breviter pedunculatam subtegentibus, operculo oblongo conico.

Cinclidotus fontinaloides. *Pal. de Beauvois, loc. cit. Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 51, *tab.* 11. *Dub. bot. gall. p.* 573. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. II, n.* 37.

Trichostomum fontinaloides. *Hedw. stirp.* 3, *p.* 36, *tab.* 14. *Ejusd. sp. p.* 114. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 160. *Arn. disp. meth. p.* 271. *Swartz musc. suec. p.* 30. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 121. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 318.

Racomitrion fontinaloides. *Brid. meth. p.* 80.

Fontinalis minor. *L.*

Dill. hist. musc. p. 257, *tab.* 33, *fig.* 2.

In rivulis, ad ripas navilii speciatim ad cataractas frequens, ad rotas molendinarias, trabes, etc.

Caulis sæpe tres vel quatuor uncias longus, valde ramosus, folia erecta vel subpatentia integerrima.

Weber et Mohr in taschenbuch, loc. cit. *Cinclidotum fontinaloidem* facie *Hedwigiæ aquaticæ* simillimum dicunt, ut sæpe sæpius tiro unum pro altera sumit. Forsan in hoc errore nobis videtur Celeberrimum Pollini incidisse, nam asserit *Hedwigiam aquaticam* in In-

subria ad rotas molendinarias sæpe occurrere dum in planitie nunquam invenimus, et solum ad rotas molendinarias in locis submontanis. Etiam peristomii inspectione ommissa, *Hedwigia aquatica* a *Cinclidoto* differt, caule declinato ramoso, non patenti ramoso, foliis imbricatis falcato-secundis, non ovato-lanceolatis patentibus erectis.

XVIII. TRICHOSTOMUM.

Hook. et Tayl. musc. brit. p. 59, *tab.* 2. *Arn. disp. meth. p.* 270.

Trichostomi *spec. Web. et Mohr. Hedwig.* Campylopi *spec. Brid.*

Seta terminalis, peristoma simplex dentibus longiusculis subulatis sedecim æqualibus basi divisis, aut 32 per paria approximatis, calyptra mitræformis.

1. Trichostomum polyphyllum.

T. Caule longo ascendente ramoso, foliis lanceolato-acuminatis margine recurvis, superne plus minus serratis, capsula subovata erecta, operculo subulato capsulam æquante.

Trichostomum polyphyllum. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 153, *tab.* 39. *Arn. disp. meth. p.* 271. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 108, *tab.* 19. *Dub. bot. gall. p.* 573. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 319. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exicc. fasc. I, n.* 17.

Trichostomum serratum. *DC. fl. fr.* 2, *p.* 468.

Dicranum polyphyllum. *Smith. fl. brit. p.* 1226.

Racomitrion polyphyllum. *Brid. meth. p.* 82.

Bryum polyphyllum. *Dicks. pl. crypt. brit. fasc.* 3, *p.* 7. *Dill. hist. musc. tab.* 48, *fig.* 41.

Ad saxa in collibus prope *Sesto-Calende.*

Caulis pollicaris vel bipollicaris ramosus, rami fasciculati. Folia nervo valido prædita siccitate tortilia. Seta erecta duas lineas longa. Capsula matura flavo-brunnea. Dentes peristomii erecti rubri.

2. Trichostomum heterostichum.

T. Caule ramoso elongato, foliis patentibus subsecundis ovato-lanceolatis acuminatis apice canis subserratis, capsula elliptica erecta, operculo subulato.

Trichostomum heterostichum. *Hedw. stirp.* 2, *p.* 70. *tab.* 25. *Ejusd. spec. p.* 128. *Swartz musc. suec. p.* 30. *Arn. disp. meth. p.* 270. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 113. *Voit musc. herbip. p.* 21. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 106, *tab.* 19. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 92. *Dub. bot. gall. p.* 573.

Racomitrion heterostichum. *Brid. meth. p.* 79.

Racomitrion alopecurum. *Brid. meth. p.* 79.

Ad saxa in collibus prope *Sesto-Calende.*

Caulis diffusus procumbens pollicaris vel bipollicaris, rami innovantes erecti. Folia non pilifera sed extremitate parenchymate carente et inde cana, madida subsecunda recurva patentia, sicca cauli et ramis adpressa non tortilia. Seta duas vel tres lineas alta. Capsula matura luteo-fusca.

3. Trichostomum canescens.

T. Caule erectiusculo ramoso, foliis confertis ovato-lanceolatis acuminatis patentibus subrecurvis, apice diaphanis, capsula ovato-oblonga, operculo subulato capsulam æquante.

Trichostomum canescens. *Hedw. stirp.* 3, *p.* 5, *tab.* 3. *Ejusd. spec. p.* 111. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 147. *Arn. disp. meth. p.* 270. *Swartz musc. suec. p.* 30. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 116. *Voit musc. herbip. p.* 21.

Hook. et Tayl. musc. brit. p. 106, tab. 19. Mart. fl. crypt. erlang. p. 93. Dub. bot. gall. p. 574. Pollin. fl. veron. 3, *p.* 317. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. III, n.* 53.

Racomitrion canescens. *Brid. meth. p.* 78.

Trichostomum ericoides. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 147, *tab.* 28. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 117.

Racomitrion ericoides. *Brid. meth. p.* 78.

In sylvis et collibus in locis arenosis.

Caulis uncialis vel biuncialis irregulariter ramosus. Folia sicca adpressa apice cum vitris summopere adaugentibus denticulata, nervo prædita ut bene Weber et Mohr observaverunt. Seta düas vel tres lineas longa.

Ad hanc speciem *Trichostomum ericoides* retulimus uti Hooker et Taylor, nam ipsi Weber et Mohr qui distinctam speciem descripserunt, putant varietatem *Trichostomi canescentis* esse et solum quandoque diferre propter ramos subpinnatos.

XIX. GRIMMIA.

Schreb. gen. pl. 2, *p.* 759. *Hedw. fund. musc.* 2, *p.* 89. *Ejusd. sp. p.* 75. *Arn. disp. meth. p.* 267. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 64, *tab.* 2.

Grimmiæ *spec. Web. et Mohr bot. tasch. p.* 129. Trichostomi *sp. Web. et Mohr.*

Seta terminalis, peristoma simplex dentibus sedecim erectis vel reflexis solitariis pyramidatis æquidistantibus integris vel perforatis, calyptra mitræformis.

1. Seta exserta arcuata.

1. Grimmia africana.

G. Caule ramoso erecto, foliis ovato-lanceolatis cari-

natis, nervo excurrente diaphano piliferis, seta arcuata, capsula subrotunda, operculo planiusculo breviter mucronulato.

Grimmia africana. *Arn. disp. meth. p.* 269. *Dub. bot. gall. p.* 574.

Fissidens pulvinatus β africanus. *Hedw. sp. p.* 159, *tab.* 40, *fig.* 4, 6.

Campylopus cribrosus. *Brid. meth. p.* 76.

Ad muros vetustos prope *Bollate.*

Caulis erectus ramosus semiuncialis. Folia ovato-lanceolata viridi-fusca nervo in pilum vix serrulatum producto. Seta linearis arcuata, siccitate tortilis suberecta flavescente. Capsula matura striata. Operculum planiusculum rubens brevi mucrone erecto præditum.

2. Grimmia pulvinata.

G. Caule brevi ramoso pulvinato, foliis erecto-patentibus ovato-lanceolatis piliferis, capsula e seta incurva immersa, striata elliptica, operculo convexo acuminato.

Grimmia pulvinata. *Smith engl. bot.* 24, *tab.* 1728 *(m. v.). Ejusd. comp. fl. brit. edit. V*, *p.* 182. *Arn. disp. meth. p.* 269. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 68, *tab.* 13. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 114. *Fiorin. Mazz. bryol. rom. p.* 6. *Dub. bot. gall. p.* 574.

Fissidens pulvinatus. *Hedw. sp. p.* 158, *tab.* 40, *fig.* 1—3.

Dicranum pulvinatum. *Swartz musc. suec. pag.* 32. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 189. *Brid. musc. suppl.* 1, *p.* 211. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 325.

Campylopus pulvinatus. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 109. *Voit musc. herbip. p.* 23.

Bryum pulvinatum, *Linn. sp.* 1586.

Dill. hist. musc. p. 395, *tab.* 50, *fig.* 65. *Vaill. bot. paris. tab.* 29, *fig.* 2.

In tectis et ad muros vetustos passim.

Caulis parvus, rami sæpe semipollicares. Folia prop-

ter nervum ultra apicem productum pilifera, pilus serratus. Seta dum capsula maturat incurva, deinde erecta sed siccitate tortilis. Capsula matura brunnea. Dentes peristomii sæpe fissi aut perforati occurrunt.

2. Seta exserta recta.

3. Grimmia glyphomitrioides.

G. Caule exiguo, foliis lanceolato-obtusis siccitate valde tortilibus, nervo ultra medium evanido, capsula ovata erecta, calyptra mitræformis sulcata fimbriata.

Grimmia glyphomitrioides. *Bals. et De Not. bryol. Mediol. mss.*

Ad saxa in collibus prope *Corgeno* supra *Sesto Calende*.

Caules semilineares erecti, quamplurimi intense cohærentes ita ut latas plagas saxorum degunt. Folia lanceolato-obtusa, superiora sæpius læviter falcata viridia, inferiora nigricantia, omnia nervo valido prædita a basi usque ad medium folii extenso, marginibus aliquantisper ad apicem revolutis. Seta semilinearis et ultra erecta fusca siccitate læviter tortilis. Capsula ovata erecto-pallida. Operculum subulatum rectum. Peristomii dentes sedecim pyramidati carnei. Calyptra stramineo-fusca mitræformis sulcata basi fimbriata.

A *Grimmia geniculata* differt foliis lanceolato-obtusis non lineari subulatis, seta erecta non geniculata, capsula ovata non oblonga, calyptra mitræformi sulcata fimbriata non campanulata subulata latere fissa. Propter formam calyptræ generi *Glyphomitrion* similis nomen specificum adoptavimus.

4. Grimmia ovata.

G. Caule ramoso erecto, ramis fastigiatis, foliis lanceolato-subulatis pilo cano subserrulato terminatis, mar-

gine incurvis, capsula ovato-elliptica, operculo conico breviter rostrato.

Grimmia ovata. *Web. et Mohr it. suec. tab.* 2, *fig.* 4 (*m. v.*). *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 85, *tab.* 24 (*excluso synonimo Grimmiæ carescentis Schleicheri, fide Nees*). *Brid. meth. p.* 36. *Arn. disp. meth. p.* 268. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 71, *tab.* 13. *Nees bryol. germ.* 2, *p.* 151. *Dub. bot. gall. p.* 575. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 307.

Dicranum ovatum. *Swartz musc. suec. p.* 35. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 189.

Dicranum ovale. *Hedw. stirp.* 3, *p.* 81, *tab.* 34, *A. Ejusd. spec. p.* 140. *Smith fl. brit. p.* 1224.

Trichostomum ovatum. *Palis. de Beauvois ex Web. et Mohr bot. tasch. p.* 111. *Voit musc. herbip. p.* 24.

Campylopus ovatus. *Brid. meth. p.* 76.

Grimmia patens. *Hornsch. flor. od. bot. Zeitung.* 1819, *B*, 1, *p.* 84. *Nees, bryol. germ.* 2, *p.* 148, *tab.* 21, *fig.* 14.

Ad saxa in collibus prope *Sesto-Calende.*

Caulis pollicaris et ultra ramosus, rami furcati. Folia inferiora sæpe pilo destituta patentia. Seta erecta siccitate tortilis linearis bilinearis. Capsula fusca. Dentes peristomii rubentes, siccitate reflexi.

5. Grimmia leucophæa.

G. Caule cæspitoso effuso brevi subsimplici, foliis patentibus ovato-lanceolatis superioribus in pilum longum diaphanum subserrulatum productis, seta vix exserta, capsula brevi ovata, operculo breviter rostrato.

Grimmia leucophæa. *Grew. in Wern. trans.*, *vol.* 4, *p.* 87, *tab.* 6 (*m. v.*). *Ejusd. fl. crypt. scott.* 5, *tab.* 284. *Arn. disp. meth. p.* 269. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 70, *suppl. tab.* 3. *Fiorin. Mazz. bryol. rom. p.* 7.

Ad saxa in collibus di *Sesto-Calende.*

Caulis sæpe ramosus, rami interdum tres quatuor lineas longi. Folia sicca trunco et ramis adpressa, ma-

dida patentia, inferiora interdum pilo destituta. Seta tortilis lineam unam aut amplius longa. Capsula flavo-brunnea.

3. Seta foliis immersa.

6. Grimmia apocarpa.

G. Caule subsimplici vel furcatim ramoso elongato, foliis patentibus ovato-lanceolatis, summis piliferis, capsula oblonga immersa, operculo oblique rostellato.

Grimmia apocarpa. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 104, *tab.* 39. *Ejusd. spec. p.* 76. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 95. *Brid. meth. p.* 33. *Arn. disp. meth. p.* 268. *Swartz musc. suec. p.* 27. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 129. *Voit musc. herbip. p.* 27. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 65, *tab.* 13. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 111. *Nees bryol. germ.* 2, *p.* 86. *Dub. bot. gall. p.* 575. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 305. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. III*, *n.* 54.

Dill. hist. musc. tab. 32, *fig.* 4.

Ad muros præcipue vetustos, ad saxa et truncos arborum frequens.

Caulis plus minus ramosus. Folia perichætialia semper pilifera, pilus sub augmento maximo denticulatus observatur, inferiora interdum pilifera integerrima et nervo valido prædita. Capsula pallida, dentes peristomii intense rubri striati.

Haec species summopere variat et justo meritoque Nees speciem multiformem appellat « *eine der vielgestaltigsten Arten unter den Laubmoosen* ». Plurimæ varietates quæ uti species ab auctoribus retinentur ennumerant scriptores Bryologiæ Germanicæ uti sunt ex. gr. *Grimmia gracilis, alpicola, rivularis, schleicheri, maritima, helvetica,* etc., inter quas solam *Grimmiam gracilem* in Provincia nostra usque dum invenimus.

7. Grimmia crinita.

G. Caule erecto brevissimo subsimplici, foliis imbricatis obovato-oblongis cuspidato-piliferis, seta oblique inserta, capsula elliptica, operculo oblique conico.

Grimmia crinita. *Brid. suppl. musc.* 1, *p.* 95. *Ejusd. meth. p.* 32. *Schwægr. suppl.* 1, *p.* 26, *tab.* 26. *Arn. disp. meth. p.* 268. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 456 *et* 480. *Voit musc. herbip. p.* 28. *Nees bryol. germ. pars.* 2, *p.* 77, *tab.* 16, *fig.* 1. *Dub. bot. gall. p.* 576.

Gymnostomum decipiens. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 32.

Grimmia plagiopodia var. *β. Schleicher.*

Dicranum phascoidum. *Pal. de Beauv. Aetheog. p.* 54 (*fide Nees bryol. germ. pars.* 2, *p.* 78).

Ad muros vetustos in urbe.

Caulis erectus tres vel quatuor lineas longus plerumque ramosus. Folia imbricata spathulato-acuminata vel subovato-oblonga concava apice albo-pellucida, nervo valido viridi prædita in pilum longum desinente; folia perichætialia longiora in longum pilum, apicem versus serratum, desinentia. Capsula mox lævis mox oblique striato rugosa. Calyptra mytræformis campanulata basi lacera lutea latere dehiscens.

ORTHOTRICHOIDEÆ. *Arn. disp. meth. p.* 261.

XX. ORTHOTRICHUM.

Hedw. stirp. 2, *p.* 96. *Ejusd. sp. p.* 162. *Arn. disp. meth. p.* 263. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 229. *Hook. et Grew. in journ. scienc. edinb.* 1, *p.* 111. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 124, *tab.* 2.

Seta terminalis, peristoma simplex vel du-

plex, exterius dentibus octo trilineatis vel sedecim unilineatis latiusculis per paria approximatis, interius ciliis o, vel octo aut sedecim teneris linearibus, columella acuta, calyptra mitræformis glabra vel sursum pilosa.

1. Peristoma simplex.

1. Orthotrichum anomalum.

O. Caule ramoso erecto, foliis ovato-lanceolatis subpatentibus margine reflexis, seta exserta, capsula emersa striata, dentes peristomii octo geminati, calyptra pilosa.

Orthotrichum anomalum. *Hedw. stirp.* 2, *p.* 102, *tab.* 37. *Ejusd. sp. p.* 162. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 37. *Arn. disp. meth. p.* 265. *Swartz musc. suec. p.* 43. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 229. *Voit musc. herbip. p.* 66. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 126, *tab.* 21. *Fior. Mazz. bryol. roman. p.* 17. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 75. *Dub. bot. gall. p.* 576. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 335.

Orthotrichum saxatile. *Brid. meth. p.* 110.

Bryum striatum. *Linn. sp. p.* 1580, *var.* β.

Dill. hist. musc. p. 431, *tab.* 55, *fig.* 9.

Ad arborum truncos, saxa et muros.

Caulis ramosus quinque lineas altus vel semipollicaris. Folia siccitate stricta nervo prædita ad apicem evanescente. Seta linearis. Capsula striis prædita quarum aliæ ad basim attingunt, aliæ ad medium capsulæ evanescunt. Operculum acuminatum obtusum pallidum basi rubente.

2. Orthotrichum cupulatum.

O. Caule erecto ramoso, foliis ovato-lanceolatis erecto patulis, siccitate strictis rigidis, margine reflexis, capsula subimmersa, dentibus peristomii sedecim tran-

sverse lineatis, calyptra pilis paucis prædita demum glabra.

Orthotrichum cupulatum. *Hoffm. fl. germ.* 2, *p.* 26. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 35, *tab.* 55. *Brid. meth. p.* 109. *Arn. disp. meth. p.* 264. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 230. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 125, *tab.* 21. *Fior. Mazz. bryol. roman. p.* 18. *Dub. bot. gall. p.* 576. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 336.

Orthotrichum strangulatum. *Pal. de Beauv. aetheog. p.* 51. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 33, *tab.* 54.

Orthotrichum nudum. *Dicks. pl. crypt. brit. fasc.* 4, *p.* 60, *tab.* 10, *fig.* 13. *Brid. meth. p.* 111.

Orthotrichum anomalon. *Smith. fl. brit.* 1268 (*fide Hookeri et Taylori*).

In mæniis urbis et ad saxa in collibus.

Caulis tres vel quinque lineas longus apicem versus ramosus. Folia margine reflexo interdum obliqua nervo ad apicem fere producto. Capsula sulcata. Dentes peristomii pallide lutei trabeculati.

2. Peristoma duplex.

+ Theca immersa ciliis octo.

3. Orthotrichum affine.

O. Caule erecto ramoso, foliis recurvo patentibus late lanceolatis acutis, capsula subsessili valde sulcata, peristomate duplici dentibus octo geminatis, ciliis octo filiformibus, calyptra sursum pilosa.

Orthotrichum affine. *Schrad. spicil. fl. german. p.* 67. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 19, *tab.* 49. *Brid. meth. p.* 110. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 233. *Voit musc. herbip. p.* 63. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 77. *Fior. Mazz. bryol. rom. p.* 17. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 335.

Orthotrichum affine var. α majus. *Hook. et Tayl. musc.*

brit. p. 127, *tab.* 21, *fig. sinistra. Arn. disp. meth. p.* 265. *Dub. bot. gall. p.* 576.

Ad muros et truncos arborum prope urbem.

Caulis fastigiatus pollicaris vel semipollicaris sæpe pulvinulos efformans. Folia late lanceolata densa, striis notata, nervo crasso rufescente prædita. Capsula ovata basi attenuata, matura rufescens et profunde sulcata. Dentes peristomii et cilia pallida.

4. Orthotrichum pumilum.

O. Caule pumilo subdiviso, foliis lanceolatis acutis patentibus, capsula immersa sulcata, peristomate dentibus octo geminatis, ciliis octo, calyptra glabra.

Orthotrichum pumilum. *Swartz musc. suec. p.* 42 *et* 92, *tab.* 4, *fig.* 8. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 22, *tab.* 50. *Brid. meth. p.* 110. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 232. *Voit musc. herbip. p.* 66. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 76.

Orthotrichum affine var. β pumilum. *Arn. disp. meth. p.* 265. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 127, *tab.* 21, *fig. dextera. Dub. bot. gall. p.* 576. *Fiorin. Mazz. bryol. rom. p.* 17.

Ad truncos arborum in ambulacris.

Caulis quatuor vel octo lineas altus. Folia margine revoluta carinata nervo valido prædita ad apicem evanescente. Capsula oblongo ovata sulcata, calyptra glabra, sulcata, straminea.

5. Orthotrichum rupincola.

O. Caule erecto vel subprocumbente ramoso, foliis rigidis lanceolatis acuminatis strictis, capsula superne sulcata, dentibus sedecim erectis, ciliis octo valde caducis, calyptra pilosa.

Orthotrichum rupincola. *Funk. deutschl. moos. tab.* 23. (*m. v.*). *Grew. crypt. scott. fl. tab.* 105. *Arn. disp. meth. p.*

265. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 127, *suppl. tab.* 4. *Dub. bot. gall. p.* 576.

Ad saxa in collibus.

Caulis pollicaris vel minus valde ramosus. Folia erecta nervo valido prædita ad apicem producto. Capsula immersa. Dentes peristomii albidi erecti trabeculati. Calyptra sursum valde pilosa.

6. Orthotrichum obtusifolium.

O. Caule erecto vel apice ramoso fusco, foliis ovatis apice obtusis interdum erosis, nervo ante apicem evanido, capsula immersa sulcata, dentibus sedecim recurvis, ciliis octo, calyptra glabriuscula.

Orthotrichum obtusifolium. *Swartz musc. suec. p.* 90, *tab.* 4. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 14, *tab.* 50. *Brid. meth. p.* 111. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 231. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 75. *Dub. bot. gall. p.* 576.

Orthotrichum Rogeri. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 16, *tab.* 53. *Brid. meth. p.* 110.

Orthotrichum affine var. γ obtusifolium. *Arn. disp. meth. p.* 265.

Ad truncos arborum præcipue ulmorum extra urbem.

Caulis uncialis fastigiatus ramosus. Folia patentia siccitate contorta apice obtusa rotundata, concava, nervo ante apicem evanido, margine interdum revoluta.

++ Theca immersa, ciliis sedecim.

7. Orthotrichum diaphanum.

O. Caule pumilo, foliis lanceolatis apice acuminatis diaphanis, nervo evanido, margine reflexis, capsula immersa sulcata, peristomate dentibus sedecim geminatis linearibus, ciliis totidem minutissimis, calyptra subpilosa.

Orthotrichum diaphanum. *Schrad. spicil. flor. german. p.* 69. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 31, *tab.* 55. *Brid. meth.*

p. 111. *Arn. disp. meth. p.* 266. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 234. *Voit musc. herbip. p.* 63. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 128, *tab.* 21. *Fiorin. Mazz. bryol. roman. p.* 17. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 78. *Dub. bot. gall. p.* 576. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 336.

Orthotrichum aristatum. *Brid. meth. p.* 112.

Ad truncos arborum in ambulacris urbis passim.

Caulis linearis valde ramosus, rami fastigiati semipollicares dense foliosi. Folia apice diaphana subdentata. Seta brevis crassa. Capsula oblonga. Operculum convexo-conicum, calyptra glabra vel subpilosa.

8. Orthotrichum striatum.

O. Caule erecto ramoso, foliis erectis patentibus lanceolatis siccitate strictis, capsula sessili lævi ovata, calyptra subpilosa.

Orthotrichum striatum. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 29, *tab.* 54. *Brid. meth. p.* 111. *Arn. disp. meth. p.* 266. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 128, *tab.* 21. *Dub. bot. gall. p.* 576 *(exclusa citatione Hedwigii tabulæ, quæ ad Orthotrichum speciosum pertinet). Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. III, n.* 55.

Ad saxa ad viam *di S. Salvatore a Caslino.*

Caulis uncialis et ultra fastigiatus. Folia margine subinflexa nervo infra apicem evanido. Capsula immersa brunnea. Calyptra campanulato-sulcata stramineo fusca basi crenata.

+ + + Theca exserta.

9. Orthotrichum Hutchinsiæ.

O. Caule brevi ramoso, foliis lanceolatis erectis rigidis, seta valde exserta, capsula oblonga, siccitate sulcata, dentibus peristomii sedecim per paria approximatis, operculo convexo conico, calyptra valde pilosa.

Orthotrichum Hutchinsiæ. *Smith. engl. bot.* 36, *tab* 2523 *(m. v.). Ejusd. comp. fl. brit. edit. V, p.* 191. *Schwægr. suppl.* 2, 2, *p.* 145, *tab.* 138. *Arn. disp. meth. p.* 266. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 131, *tab.* 21. *Dub. bot. gall. p.* 577.

Ad saxa in collibus *di Sesto-Calende* et a *S. Salvatore* prope *Erba.*

Caulis brevis, rami semiunciales vel unciales fastigiati adscendentes. Folia inferiora fusca, superiora viridia, nervo valido ferrugineo ad apicem quasi producto prædita. Seta duas vel tres lineas longa apice incrassata paululum tortilis. Capsula oblonga, matura luteo-fusca. Dentes peristomii trabeculati. Operculum convexo-conicum concolor.

Ad hanc pulcherrimam speciem Hooker et Taylor referunt *Orthotrichum americanum* Schwægrichenii in loc. citat. id quod nos metipsi opinamus nam figuram peristomii harum specierum non bene Schwægrichen repræsentavit, et ideo differentiæ ab eo desumtæ certo fallaces sunt.

BUXBAUMOIDEÆ. *Arn. disp. meth. p.* 260.

XXI. DIPHYSCIUM.

Mohr observ. p. 34. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 22. *Brid. meth. p.* 123. *Arn. disp. meth. p.* 260. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 31, *tab.* 1. *Dub. bot. gall. p.* 578.

Buxbaumiæ *spec. Hedw. Schwægr.*

Seta terminalis brevissima, capsula obliqua inferne convexior, ore truncato subcrenulato, peristoma simplex membranæ conoideæ truncatæ plicatæ constans, calyptra mitræformis.

1. Diphyscium foliosum.

D. Caule subnullo, foliis inferioribus linearibus obtusis carinatis, superioribus scariosis lanceolatis nervo valido præditis in cuspidem longissimum producto, perichætialibus margine lacero, capsula immersa ventricosa.

Diphyscium foliosum. *Mohr loc. cit. Brid. meth. loc. cit. Arn. disp. meth. loc. cit. Web. et Mohr bot. tasch. p.* 377. *Voit musc. herbip. p.* 129. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 32, *tab.* 8. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 80. *Dub. bot. gall. p.* 579. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. I, n.* 18.

Buxbaumia foliosa. *Linn. syst. p.* 945. *Swartz musc. suec. p.* 74. *Hedw. sp. p.* 166. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 66. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 386.

Dill. hist. musc. p. 253, *tab.* 32, *fig.* 13.

In nemoribus planitiei et collium passim.

Caulis linearis aliquantisper basi incrassatus. Folia nervo valido prædita superiora albida cum nervo rufescente in longum cuspidem producto, perichætialia propter marginem lacerum crinita. Operculum conicum acuminatum rectum. Peristoma membranaceum plicatum albidum. Margo capsulæ læviter crenulatus ut bene osservavit Hedwigius, quamquam Ehrhart hoc deneget.

GYMNOSTOMOIDEÆ. *Arn. disp. meth. p.* 256.

XXII. HEDWIGIA.

Ehr. beitrag. 1, *p.* 176. *Hedw. stirp.* 3, *p.* 29, *tab.* 11. *Arn. disp. meth. p.* 256. *Hook. musc. exotic. gen. VI, p.* 3. *Dub. bot. gall. p.* 579.

Seta lateralis, capsula ovalis ore nudo, operculo deciduo integro, calyptra dimidiata.

1. Hedwigia aquatica.

H. Caule elongato ramoso declinato, foliis lineari-lanceolatis falcatis secundis, capsula oblongo-ovata, operculo conico obliquo.

Hedwigia aquatica. *Hedw. stirp.* 3, *p.* 29, *tab.* 11. *Arn. disp. meth. p.* 259. *Dub. bot. gall. p.* 579.

Anictangium aquaticum. *Hedw. sp. p.* 41. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 38. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 299.

Harrisonia aquatica. *Spreng. syst. veget.* 4, 1, *p.* 145.

Gymnostomum aquaticum. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 76. *Brid. meth. p.* 19.

Hypnum aquaticum. *Jacq. fl. aust. cent.* 3, *p.* 48, *tab.* 290.

Dill. hist. musc. p. 334, *tab.* 43, *fig.* 70.

Ad saxa aqua percussa ad molendinos prope *Erba*, *Caslino*, etc.

Caulis triuncialis valde ramosus nigricans. Folia nervo valido prædita, sicca imbricata, madida falcata atroviridia.

XXIII. ANICTANGIUM.

Hedw. sp. p. 40. *Arn. disp. meth. p.* 259. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 26, *tab.* 1. *Dub. bot. gall. p.* 579.

Hedwigiae *spec. Hedw. Brid.* Schistidii *spec. Brid. Nees.*

Seta terminalis, capsula subcylindrica, peristoma nudum, operculum integrum deciduum, calyptra mitræformis basi in lacinias subæquales fissa.

1. Anictangium ciliatum.

A. Caule dichotome ramoso, foliis patulis concavis

enerviis ovato-acuminatis apice, diaphanis denticulatis, perichætialibus apice ciliatis, capsula immersa, operculo plano apiculato.

Anictangium ciliatum. *Hedw. sp. p.* 40. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 38. *Bridel. sp.* 2, *p.* 28. *Arn. disp. meth. p.* 259. *Voit musc. herbip. p.* 13. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 27, *tab.* 6. *Dub. bot. gall. p.* 579. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 298. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. I, n.* 19.

Hedwigia ciliata. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 107, *tab.* 40.

Gymnostomum ciliatum. *Swartz musc. suec. p.* 19.

Gymnostomum Hedwigia. *Web. et Mohr. bot. tasch. p.* 78. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 119.

Schistidium ciliatum. *Brid. meth. p.* 21. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 101.

Dill. hist. musc. p. 246, *tab.* 32, *fig.* 5. *Vaill. bot. par. tab.* 27, *fig.* 18.

Ad saxa in collibus passim.

Caulis basi simplex superne ramosus uncialis et ultra. Folia alterna, madida patula, sicca cauli appressa imbricata, margine convoluta, apice diaphana et cum lente acuta serrulata observantur. Folia perichætialia propter apicem diaphanum lateraliter lacerum ciliata, ad marginem diaphana. Capsula ovata.

Nees ab Esenbech in Bryologia Germanica folia hujusce speciei in sua phrasi nervosa indicat, dum in figura enervia offeruntur. In speciminibus nostris omnimodo enervia observantur folia, et etiam Hedwig loco citato enervia pinxit. Certo plantæ germanicæ a Weber et Mohr observatæ folia enervia sunt nam sicut inter Gymnostomia referunt asserunt inter *enumeratas sui generis germanicas species unicum quod foliis gaudet enerviis.*

XXIV. GYMNOSTOMUM.

Schreb. gen. pl. 2, *p.* 728. *Hedw. sp. p.* 30. *Arn. disp. meth. p.* 256. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 15, *tab.* 1. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 112.

Seta terminalis, capsula ore nudo, operculum deciduum obliquum integrum, calyptra dimidiata labilis.

1. Gymnostomum pyriforme.

G. Caule brevi simplici, foliis oblongo-spathulatis apice serrulatis nervo ad apicem attingente, capsula rotunda obovata, operculo convexo rostrato.

Gymnostomum pyriforme. *Hedw. sp. p.* 38. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 24. *Brid. meth. p.* 14. *Arn. disp. meth. p.* 258. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 88. *Voit musc. herbip. p.* 16. *Swartz musc. suec. p.* 20. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 24, *tab.* 7. *Fiorin. Mazz. bryol. rom. p.* 5. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 120. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 144, *tab.* 10, *fig.* 11. *Dub. bot. gall. p.* 580. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 300.

Gymnostomum turbinatum. *Brid. meth. p.* 14.

Gymnostomum dilatatum *Brid. meth. p.* 14.

Gymnostomum splachnoideum. *Brid. meth. p.* 14.

Dill. hist. musc. p. 345, *tab.* 44, *fig.* 6.

Ad terram in agris humidis.

Caulis linearis erectus subinnovans. Folia concava immarginata læviter serrulata. Seta tres vel sex lineas longa rubra. Capsula matura luteo-fusca aut rutilans. Calyptra campanulata ventricosa straminea. Operculum conicum rostellatum rostello erecto.

2. Gymnostomum fasciculare.

G. Caule brevi simplici, foliis oblongo-ovatis concavis serratis acuminatis, nervo apicem attingente, capsula pyriformi, operculo convexo obtuse umbonato.

Gymnostomum fasciculare. *Hedw. sp. p.* 38, *tab.* 4. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 24. *Brid. meth. p.* 15. *Arn. disp. meth. p.* 258. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 89. *Voit musc.*

herbip. *p.* 16. *Hook.* *et Tayl. musc. brit.* *p.* 23, *tab.* 7. *Fiorin. Mazz. bryol. roman.* *p.* 5. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 141, *tab.* 10, *fig.* 10. *Dub. bot. gall.* *p.* 580. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 300.

Gymnostomum Rottleri. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 24, *tab.* 3*. *Brid. meth.* *p.* 16.

Bryum attenuatum. *Brid. meth.* *p.* 117.

Bryum fasciculare. *Dicks. pl. crypt. brit. fasc.* 3, *p.* 3, *tab.* 7, *fig.* 5.

Ad terram in mæniis urbis et in agris.

Caulis linearis simplex erectus. Folia planiuscula marginata. Seta tres lineas longa. Capsula matura fusca, calyptra straminea ventricosa aut ovata dimidiata apice subulata.

3. Gymnostomum Heimii.

G. Caule subsimplici erecto, foliis oblongo-lanceolatis subpatentibus nervo valido extra apicem producto mucronulatis, apice subserrulatis, capsula obovata, operculo incurvo rostrato.

Gymnostomum Heimii. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 80, *tab.* 30. *Ejusd. sp.* *p.* 32. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 21. *Brid. meth.* *p.* 15. *Arn. disp. meth.* *p.* 258. *Web. et Mohr bot. tasch.* *p.* 87. *Hook. et Tayl. musc. brit.* *p.* 22, *tab.* 7. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 138, *tab.* 9, *fig.* 8. *Dub. bot. gall.* *p.* 580.

Gymnostomum obtusum. *Hedw. spec.* *p.* 34, *tab.* 2. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 21.

Bryum obtusum. *Dicks. pl. crypt. brit. fasc.* 2, *p.* 5, *tab.* 4, *fig.* 7.

Gymnostomum intermedium. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 19, *tab.* 7 *(non auctorum).*

Gymnostomum affine. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 140, *tab.* 9, *fig.* 9.

In locis argillosis humidis.

Caulis innovans ramosus elongatus. Folia plus vel

minus acuminata apice serrulata vel denticulata. Seta quatuor vel octo lineas longa. Capsula oblonga. Operculum incurvum rostratum.

4. Gymnostomum truncatulum.

G. Caule subsimplici brevi erecto, foliis oblongis patentibus planiusculis nervo mucronatis integerrimis, capsula turbinata vel ovato-oblonga, operculo oblique rostrato.

Gymnostomum truncatulum. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 22, *tab.* 7.

α Capsula turbinata. *Hook. et Tayl. l. cit. fig. a.*

Gymnostomum truncatum. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 13, *tab.* 5. *Ejusd. sp. p.* 30. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 19. *Brid. meth. p.* 15. *Arn. disp. meth. p.* 258. *Swartz musc. suec. p.* 20. *Web. et Mohr bot. tasch. var. β minus p.* 81. *Voit musc. herbip. p.* 15. *Mart. fl. crypt. erlang. var. β minus p.* 121. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 132, *tab.* 9, *fig.* 6.

Bryum truncatulum. *Linn.*

β Capsula ovata vel oblonga. *Hook. et Tayl. l. cit. fig. b.*

Gymnostomum truncatum var. majus. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 81. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 121. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. III, n.* 56.

Gymnostomum intermedium. *Turn. musc. hibern. p.* 7, *tab.* 1, *fig. a—c. Nees bryol. germ.* 1, *p.* 136, *tab.* 9, *fig.* 7 *(excluso synonimo Schwægrichenii).*

Gymnostomum rufescens. *Brid. meth. p.* 13. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 121, *tab.* 9, *fig.* 1.

Gymnostomum minutulum. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 122.

Ad margines fossarum aggerum et in mæniis urbis.

Caulis simplex innovando ramosus. Folia oblonga nervo valido sæpius rufescente prædita. Seta duas vel tres lineas longa. Capsula rufescens, operculum oblique acuminatum.

5. Gymnostomum rupestre.

G. Caule erecto ramoso, foliis lineari subulatis acutis siccitate tortilibus, capsula ovata, operculo conico subulato.

Gymnostomum rupestre. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 31, *tab.* 11. *Brid. meth. p.* 17. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 155, *tab.* 10, *fig.* 16. *Dub. bot. gall. p.* 581.

Gymnostomum æruginosum. *Brid. meth. p.* 18. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 160, *tab.* 10, *fig.* 19.

Gymnostomum stelligerum. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 169, *tab.* 11, *fig.* 23.

Ad terram in montibus supra *Erba.*

Caulis erectus propter innovationes fasciculatus ramosus quatuor vel sex lineas altus. Folia nervo valido rufescente prædita. Seta quatuor vel sex lineas longa siccitate tortilis. Capsula fusca.

6. Gymnostomum microstomum.

G. Caule subsimplici exiguo, foliis lineari-lanceolatis acuminatis siccitate tortilibus, capsula ovato-obliqua gibba, operculo subulato incurvo, capsulæ dimidio breviore.

Gymnostomum microstomum. *Hedw. stirp.* 3, *p.* 71, *tab.* 30. *Ejusd. sp. p.* 33. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 28. *Brid. meth. p.* 15. *Arn. disp. meth. p.* 258. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 85. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 25, *tab.* 7. *Dub. bot. gall. p.* 580. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. III*, *n.* 57.

Hymenostomum microstomum. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 199, *tab.* 12, *fig.* 4.

Hymenostomum rutilans. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 201, *tab.* 12, *fig.* 4.

Gymnostomum rutilans. *Hedw. sp. p.* 37, *tab.* 3, *fig.* 8—11. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 302.

Hymenostomum brachycarpon. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 196, *tab.* 13, *fig.* 3.

Hymenostomum subglobosum. *Nees l. cit. p.* 103, *tab.* 12, *fig.* 6.

Ad terram in locis humidis, et in nemoribus præcipue *della Merlata* et *di Redecesio*, frequens.

Caulis linearis vel trilinearis. Folia margine involuta ita ut canaliculata interdum videantur. Seta recta linearis vel bi-linearis. Capsula matura olivaceo-lutescens. Operculum viridulum.

Auctoritate Celeberrimi Hook. et Tayl. suffulti quamplurimas species a Neesio in Bryologia germanica enumeratas ad hanc retulimus. Quoad *Hymenostomum squarrosum* et *crispatum* si uti species distinctæ vel varietates considerare debeantur adhuc dubium remanet.

SPHAGNOIDEÆ. *Arn. disp. meth. p.* 254.

XXV. SPHAGNUM.

Schreb. gen. pl. 2, *p.* 728. *Hedw. fund. musc.* 2, *p.* 85. *Arn. et Grev. p.* 22, *tab.* 1, *fig.* 5—12 *(m. v.). Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 11, *tab.* 1. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 1.

Capsula ore nudo sessilis in receptaculo disciformi pedunculato, calyptra irregulariter fissa nunc basi capsulæ adnata, nunc transversim dehiscens.

1. Sphagnum cymbifolium.

S. Caule erecto ramoso, ramulis attenuatis recurvis, foliis imbricatis ovatis obtusis concavis apice conniventibus, capsula subglobosa, pedunculis crassis exsertis.

Sphagnum cymbifolium. *Hedw. fund.* 2, *tab.* 3, *fig.* 1. *Brid. meth. p.* 1. *Swartz musc. suec. p.* 19. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 6, *tab.* 1, *fig.* 1.

Sphagnum obtusifolium. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 72. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 117. *Arn. disp. meth. p.* 254. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 13, *tab.* 4, *fig. sinistra (exclusa var. β Sphagnum contortum). Dub. bot. gall. p.* 581.

Sphagnum latifolium. *Hedw. sp. p.* 27. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 12. *Pollin. fl. veron.* 3, 297.

In pratis turfosis prope *Sesto-Calende*, et in paludibus sylvarum *della Merlata.*

Caulis quatuor vel quinque pollices longus valde ramosus. Folia ovata concava enervia, eleganter reticulata imbricata. Seta sex vel octo lineas longa. Capsula subrotunda fusca.

2. Sphagnum compactum.

S. Caule erecto ramoso, foliis dense imbricatis ovato oblongis, apice obtuso subtruncatis, capsula ovato-rotunda, seta exserta.

Sphagnum compactum. *Brid. spec.* 1, *p.* 18. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 12, *tab.* 3. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 118. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 13, *tab.* 2, *fig.* 5. *Bals. et De Not. cent. II, n.* 25, *in Bibl. ital. tom.* 70. *Eorund. musc. Mediol. exsicc. fasc. I, n.* 20.

Sphagnum obtusifolium var. β condensatum. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 72. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 13, *tab.* 4, *fig. dextera (excl. var. α). Arn. disp. meth. p.* 254. *Dub. bot. gall. p.* 581.

In locis humentibus sylvarum *della Merlata.*

Caulis erectus tres vel quatuor pollices longus. Folia enervia ad apicem sæpe obliqua et interdum crenulata. Seta semipollicaris crassa apice incrassata. Capsula ovato-globosa fusca lævis.

3. Sphagnum acutifolium.

S. Caule erecto ramoso, ramulis attenuatis confertis, foliis erecto patulis ovato-lanceolatis involutis apice sub erosis, capsula obovata, pedunculo exserto.

Sphagnum acutifolium. *Ehr. crypt. exicc. n.* 72. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 15, *tab.* 5. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 73. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 15, *tab.* 4. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 118. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 297. *Dub. bot. gall. p.* 581.

Sphagnum palustre *β. Linn. sp.* 1500.

Var. *α.* Sphagnum robustum. *Bland. fasc.* 6. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 21, *tab,* 3, *fig.* 8.**

Sphagnum acutifolium. *Voit musc. herbip. p.* 12.

Var. *β.* Sphagnum subulatum. *Brid. sp. p.* 19. *Ejusd. meth. p.* 3.

In pratis turfosis et in paludibus prope *Sesto-Calende.*

Caulis erectus quatuor vel quinque pollices longus, rami laxi filiformes. Folia concava enervia ad apicem sæpe sæpius denticulata et conniventia, capsula obovata exserta.

4. Sphagnum cuspidatum.

S. Caule subsimplici, ramis fasciculatis attenuatis laxis, foliis patulis lanceolatis concavis marginibus involutis siccitate undulatis, capsula ovata.

Sphagnum cuspidatum. *Ehrh. crypt. n.* 25. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 16, *tab.* 6. *Brid. meth. p.* 2. *Arn. disp. meth. p.* 254. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 74. *Voit musc. herbip. p.* 17. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 15, *tab.* 4, *fig. dextera. Mart. fl. crypt. erlang. p.* 119. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 23, *tab.* 4, *fig.* 9. *Dub. bot. gall. p.* 581.

Dill. hist. musc. p. 244, *tab.* 32, *fig.* 2 *B.*

In pratis turfosis prope *Sesto-Calende.*

Caulis quatuor vel sex pollices longus. Folia aliquan-

tisper imbricata apicem versus involuta. Seta uncialis apice incrassata. Capsula ovata, fusca.

5. Sphagnum contortum.

S. Caule simplici apice ramoso, ramulis recurvato-contortis attenuatis, foliis imbricatis ovato-acuminatis falcato-subsecundis nitidis.

Sphagnum contortum. *Schultz suppl. fl. starg. p.* 64. *Nees bryol. germ. p.* 15, *tab.* 2, *fig.* 6.

β. Sphagnum rufescens. Caule apice furcato aut ramis subternis, foliis ovato-patentibus subsecundis.

Sphagnum contortum var. *β* rufescens. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 15, *tab.* 2, *fig.* 6*.

In paludibus prope *Sesto-Calende.*

Caulis erectus simplex vel ad apieem ramosus aut brachiatus, rami contorti. Folia ovata enervia falcato-secunda interdum rufescentia. Fructificatio non visa.

PHASCOIDEÆ. *Arn. disp. meth. p.* 255.

XXVI. PHASCUM.

Linn. gen. pl. 1189. *Hedw. fund. musc.* 2, *p.* 85. *Arn. disp. meth. p.* 255. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 3, *tab.* 1. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 26.

Phascum et Pleuridium. *Brid. Nees.*

Seta terminalis, capsula ore nudo ovata subglobosa clausa operculo persistente e seta decidua, calyptra parva campanulato-subulata dimidiata.

+ + Foliis lanceolatis vel subulatis.

1. Phascum serratum.

P. Subacaule, foliis lanceolatis serratis enerviis patulis, capsula immersa.

Phascum serratum. *Schreb. de phasc.*, *p.* 9, *tab.* 2. *Hedw. sp. p.* 23. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 6. *Brid. meth. p.* 6. *Arn. disp. meth. p.* 255. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 71. *Voit musc. herbip. p.* 9. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 4, *tab.* 5. *Fior. Mazz. bryol. rom. p.* 3. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 35, *tab.* 4, *fig.* 1. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 124. *Dub. bot. gall. p.* 582. *Bals. et De Not. cent. I*, *n.* 21, *in Bibl. ital. tom.* 64. *Eorund. musc. Mediol. exsicc. fasc. II*, *n.* 38.

Phascum stoloniferum. *Dicks. pl. crypt. brit. fasc.* 3, *tab.* 7, *fig.* 2. *Brid. meth. p.* 10.

Ad terram lutosam madidam in sylvis *della Merlata.*

Exiguum, radices filiformes fuscæ ex quibus prodeunt quamplurima filamenta viridia articulata supra terram reptantia. Caulis vix nullus. Folia perichætialia ovato-lanceolata omnia serrata. Capsula intense purpurea ita ut facile oculos alliciat.

2. Phascum crispum.

P. Caule erecto, foliis caulinis parvulis lanceolatis distantibus, superioribus lanceolato-subulatis siccitate tortilibus, capsula immersa latente.

Phascum crispum. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 25, *tab.* 9. *Ejusd. sp. p.* 21. *Brid. meth. p.* 9. *Swartz musc. suec. p.* 17. *Arn. disp. meth. p.* 255. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 1. *Voit musc. herbip. p.* 5. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 6, *tab.* 5. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 125. *Dub. bot. gall. p.* 582. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 57, *tab.* 4, *fig.* 3. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. III*, *n.* 60.

Ad ripas apricas secus *il Lambro.*

Caulis linearis vel bilinearis erectus, rufescens apice sæpe ramosus. Folia caulina dissita minuta patentia rigidiuscula lanceolata, superiora lanceolata subulata acuminata, omnia nervo decurrente prædita, propter siccitatem valde crispantur. Seta brevis viridis. Capsula ovato-erecta. Calyptra campanulata in tubam desinens.

Hooker et Taylor ad hanc speciem *Phascum multicapsulare* Smithii referunt sed immerito, nam uti Bridel affirmat *Phascum multicapsulare* folia habet serrulata, non integra, et nunquam exsiccatione crispa.

3. Phascum subulatum.

P. Caule erecto simplici, foliis lanceolatis setaceis erectis, nervo sub apice evanescente, capsula immersa sed conspicua.

Phascum subulatum. *Schreb. de phasco, p.* 8. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 93, *tab.* 35. *Ejusd. sp. p.* 19. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 1. *Brid. meth. p.* 7. *Arn. disp. meth. p.* 255. *Swartz musc. suec. p.* 10. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 64. *Voit musc. herbip. p.* 2. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 6, *tab.* 5. *Fiorin. Mazz. bryol. rom. p.* 3. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 126. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 63, *tab.* 6, *fig.* 16. *Dub. bot. gall. p.* 582. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 296.

Phascum acaule. *Linn. syst. veg. p.* 944.

Dill. hist. musc. p. 251, *tab.* 32, *fig.* 10.

In sylvis et ad sæpes frequens.

Caulis linearis vel bilinearis simplex vel apice ramosus. Folia inferiora lanceolata patentia, superiora lanceolata subulata capsulam superant et involvunt. Capsula ovata fusca.

4. Phascum axillare.

P. Caule subsimplici erecto, foliis lanceolatis subulatis canaliculatis patentibus carinatis integerrimis nervo evanescente, capsula subimmersa.

Phascum axillare. *Dicks. pl. crypt. brit.* 1, *p.* 2, *tab.* 1, *fig.* 3. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 63. *Arn. disp. meth. p.* 255. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 7, *tab.* 5. *Nees bryol. germ. p.* 61, *tab.* 6, *fig.* 15. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. III, n.* 59.

Phascum nitidum. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 91, *tab.* 34. *Ejusd. sp. p.* 19. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 7. *Brid. meth. p.* 7.

Phascum strictum. *Dicks. pl. crypt. brit.* 4, *tab.* 10. *Brid. meth. p.* 7.

In sylvis præsertim *della Merlata* et *di Redecesio*.

Caulis linearis vel bilinearis erectus aliquando innovans. Folia inferiora parva sed eamdem formam quam superiora offerunt. Seta brevis. Capsula immatura erecta, matura fusca ovata cernua.

5. Phascum intermedium.

P. Caule simplici, foliis subsecundis lanceolato-subulatis enerviis, seta exserta, capsula obliqua rostrata, rostro incurvo.

Phascum intermedium. *Bals. et De Not. cent. II, in Bibl. ital. tom.* 70, *n.* 28.

In sylvis *di Cascina Triulza* prope Mediolanum.

Radix fibrillosa. Caulis erectus linearis vel bilinearis simplex, basi rufescens. Folia subsecunda enervia lanceolato-subulata plana inferiora breviora, superiora longiora. Cellulæ foliorum summopere elongatæ. Seta brevis exserta. Capsula immatura ovata viridis, matura ovata obliqua rufescens. Operculum rostratum.

A *Phasco bryoide* differt foliis lanceolato-subulatis enerviis, capsulaque rostrata, dum in *bryoide* folia sunt ovata nervosa, et capsula conica, a *Phasco subulato* foliis enerviis secundis capsula exerta, a *Phasco rostellato* foliis angustioribus enerviis et rostro capsulæ minori, a *Phasco axillari* foliis planis perfecte enerviis et capsula obliqua.

6. Phascum alternifolium.

P. Caule elongato innovando ramoso, ramis elongatis filiformibus, foliis alternis ovato-lanceolatis, rameis remotis, perichætialibus lanceolato-subulatis capsulam involventibus.

Phascum alternifolium. *Dicks. pl. crypt. brit. fasc.* 1, *p.* 2, *tab.* 1, *fig.* 2. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 10, *tab.* 10. *Arn. disp. meth. p.* 255. *Hook. et. Tayl. musc. brit. p.* 5, *tab.* 5. *Dub. bot. gall. p.* 582.

Pleuridium alternifolium. *Brid. meth. p.* 10.

In ericetis passim.

Caulis in prima ætate suberectus apice capsulam gerens, postea decumbens et propter innovationes ramos emittit valde elongatos filiformes, et tunc capsula lateralis videtur. Folia caulina ovato-lanceolata appressa, ramea lanceolata remota. Seta brevissima. Capsula globosa inter folia perichætialia immersa.

Genus *Pleuridium* a Beato Bridelio cum hac specie efformatum genus summopere artificiale declaramus, nam ab insertione capsulæ solum depromptum videtur, dum insertio capsulæ ab innovatione caulis pendet et in planta adhuc juniore capsula terminalis est, uti in quamplurimis speciminibus nostris observare licuit.

++ Foliis ovatis.

7. Phascum bryoides.

P. Caule erecto subsimplici, foliis ovatis erectis nervo excurrente apiculatis, seta exserta, capsula erecta ovata, operculo conico.

Phascum bryoides. *Dicks. pl. crypt. brit. fasc.* 4, *p.* 3, *tab.* 10, *fig.* 3. *Arn. disp. meth. p.* 256. *Schwægr. suppl.* 1, *p.* 7, *tab.* 1. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 10, *tab.* 5. *Voit musc. herbip. p.* 1. *Web. et Mohr bot. tasch.*

p. 65. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 76, *tab.* 7, *fig.* 21. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. III, n.* 58.

Phascum gymnostomoides. *Brid. meth. p.* 7.

Phascum elongatum. *Schultz. fl. starg. p.* 273 (*fide Nees*).

Hab. in mæniis urbis.

Caulis tres vel quatuor lineas longus, basi subnudus, superne foliosus. Folia ovato-oblonga per nervum excedentem cuspidata, integerrima erecta, propter siccitatem aliquantisper revoluta. Seta exerta fusco-ferruginea. Calyptra fusca.

8. Phascum cuspidatum.

P. Caule erecto sæpius diviso, foliis conniventibus ovatis nervo mucronatis integerrimis, capsula subsessili immersa.

Phascum cuspidatum. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 8, *tab.* 5. *Arn. disp. meth. p.* 255.

α apiculatum. Foliis integerrimis ovatis nervo apiculatis.

Phascum cuspidatum. *Schreb. de Phasc. tab.* 1, *fig.* 1—5. *Hedw. sp. p.* 22. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 1. *Swartz musc. suec. p.* 18. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 68. *Voit musc. herbip. p.* 3. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 125. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 70, *tab.* 7, *fig.* 18. *Dub. bot. gall. p.* 583.

Phascum apiculatum. *Brid. meth. p.* 8.

Phascum intertextum. *Brid. meth. p.* 8.

Phascum stellatum. *Brid. meth. p.* 4.

Phascum schreberianum. *Dicks. fasc.* 4, *tab.* 10, *fig.* 4.

β piliferum. Foliis integerrimis ovatis nervo excedente piliferis.

Phascum piliferum. *Schreb. de Phasc. p.* 8, *tab.* 1, *fig.* 6, 7. *Hedw. sp. p.* 20. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 1. *Brid. meth. p.* 7. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 66. *Voit*

musc. herbip. p. 5. Swartz musc. suec. p. 17. Nees bryol. germ. 1, p. 65, tab. 6, fig. 17. Pollin. fl. veron. 3, p. 296. Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. II, n. 39.

Ad terram in mæniis urbis et ad margines agrorum passim.

Caulis linearis vel bilinearis simplex vel divisus. Folia ovato-acuminata nervo mucronata, vel piligera. Seta brevis recta interdum incurva. Capsula ovata fusca.

Auctores Bryologiæ Germanicæ *Phascum cuspidatum piliferum* speciem distinctam considerant, et quamplurimas varietates enumerant tum *Phasci cuspidati* tum *piliferi*, sed variationes minimæ sunt, uti e characteribus ab Auctoribus expositis depromi potest, et certe propter locum ubi species degit originem habent; qua de caussa opinionem celeberrimorum virorum Hookeri et Arnotti secuti sumus.

9. Phascum badium.

P. Subacaule foliis ovato-oblongis integerrimis acuminatis, inferioribus patentibus, superioribus erectis, capsula subexserta.

Phascum badium. *Voit musc. herbip. p. 7. Nees bryol. germ. 1, p. 53, tab. 5, fig. 11.*

Phascum florkeanum. *Voit in Sturms. fl. crypt. heft. 14 (exclusa citatione Weberi et Mohri).*

Ad pascua aprica secus Olonam prope Mediolanum.

Caulis linearis erectus. Folia inferiora patentia ovata, superiora ovato-oblonga, nervo valido ultra apicem producto acuminata. Capsula ovata. Calyptra conica basi campanulata.

10. Phascum patens.

P. Caule exiguo, foliis ovato-lanceolatis nervosis suberectis patentibus apice serratis, capsula immersa globosa apice pellucida.

Phascum patens. *Hedw. stirp.* 1, *p.* 28, *tab.* 10. *Ejusd. sp. p.* 20. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 7. *Brid. meth. p.* 7. *Arn. disp. meth. p.* 255. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 70. *Voit musc. herbip. p.* 6. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 7, *tab.* 5. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 49, *tab.* 5, *fig.* 8. *Dub. bot. gall. p.* 582. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. II, n.* 40.

In locis uliginosis circa urbem vulgatissimum.

Caulis unilinearis vel bilinearis. Folia inferiora recurva ovato-lanceolata, superiora suberecta patentia. Seta pellucida. Capsula ovata matura luteo-fusca. Calyptra in speciminibus nostris visa, bene cum icone Hedwigii loc. cit. convenit, nam campanulata est, cum cacumine in tubum prolungato. Semina quoad plantulam majuscula, sub augmento maximo valde echinata observantur.

11. Phascum muticum.

P. Subacaule foliis late ovatis breviter acuminatis concavis conniventibus, capsula immersa latente.

Phascum muticum. *Schreb. de Phasc. p.* 8, *tab.* 1, *fig.* 11—14. *Hedw. sp. p.* 23. *Schwægr. suppl.* 1, 1, *p.* 2. *Brid. meth. p.* 4. *Arn. disp. meth. p.* 255. *Swartz musc. suec. p.* 18. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 69. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 8, *tab.* 5. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 125. *Nees bryol. germ.* 1, *p.* 46, *tab.* 5, *fig.* 6. *Dub. bot. gall. p.* 583.

Phascum bulbosum. *Voit musc. herbip. p.* 8.

Dill. hist. musc. tab. 32, *fig.* 12.

Ad terram lutosam in sylvis *della Merlata.*

Caulis semilinearis. Folia inferiora ovato-rotunda læviter acuminata, superiora majora ovato-oblonga longe acuminata sæpe apice denticulata et in bulbum conniventia unde capsula immersa remanet. Capsula ovata.

****

APPENDIX.

---

pag. 18.

Polytrichum juniperinum. *Hedw.* adde.

Reperimus etiam in sylvis prope *Rovello* et in ericetis supra *Bollate.*

Obs. Huic speciei proximum est *P. septentrionale* Swartz. quod in montibus editioribus provinciæ Novariensis et Comensis præteritis annis legimus, sed jam jam facie peculiari dignoscitur a *P. juniperino*, præter characteres e foliis, capsula, operculoque desumptos. Iconem Swartzii pessimam jam pronuntiarunt Cl. Auctores Muscologiæ Britannicæ.

pag. 21.

Polytrichum urnigerum. *L.* adde.

Occurrit quoque in sylvis *della Merlata.*

pag. 27.

Bartramia pomiformis. *H. et T.* *β.* major. adde.

Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. III, n. 41.

post Bartramiam pomiformem. adde.

1. Bartramia Oederi.

B. Caule elongato ramoso erecto, foliis laxis patenti-

reflexis lanceolatis carinatis superne serratis, nervo valido apicem attingente, seta elongata recta ex innovationibus laterali, capsula subrotunda erecta, operculo conico brevi.

Bartramia œderi. *Swartz in Schrad. journ.* 1800, 2, *p.* 181. *Brid. musc. recent.* 2, 3, *p.* 135, *tab.* 2, *fig.* 9. *Ejusd. meth. p.* 116. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 49, *tab.* 59. *Ejusd. spec.* 1, *p.* 102. *Mart. fl. crypt. erlang. p.* 55. *Pollin. fl. veron.* 3, *p.* 383. *Bals. et De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. III, n.* 42.

Bartramia œderiana. *Web. et Mohr bot. tasch. p.* 266.

Bartramia longiseta. *Brid. musc. recent.* 2, 3, *p.* 136, *tab.* 11, *fig.* 10. *Ejusd. meth. p.* 116.

Bartramia gracilis. *Flörke in schrad. journ.* 1799, 2, *p.* 171. *Arn. disp. meth. p.* 288. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 146, *tab.* 23.

Bartramia grandiflora. *Schwægr. suppl.* 1, 2, *p.* 48, *tab.* 58. *Ejusd. sp.* 1, *p.* 103. *Brid. meth. p.* 116.

Mnium gracile. *Funk. crypt. exsicc. n.* 93.

Bryum œderi. *Gunn. fl. norveg. n.* 1005.

Ad rupes humidas in collibus circa Novocomum.

Cæspitosa Caulis, setis non computatis, unciam unam et dimidiam, quandoque duas longus, in parte inferiori tomento ferrugineo obsitus, sub apice ramis innovans, unde setæ laterales evadunt. Folia saturate viridia, siccitate appressa, crispula. Seta uncialis ramis longior, amæne purpurea. Capsula maturitate sulcata, badia.

A præcedente prima fronte distinguitur colore foliorum intense viridi, foliis patenti-reflexis, etc.

pag. 31.

Funaria Mühlenbergii. *Turn.* adde.

Obs. Comparatis speciminibus Gallicis et Helveticis hujusce speciei cum plantis Mediolanensibus observamus, quod in plantis Gallicis et Helveticis dentes foliorum sunt valde fortes, sicuti repræsentantur in Icone Muscol.

Britann. dum vero in nostris cellulæ marginales paulum supra folii marginem proæminent, et rarissime dentes illos efficiunt. Quod Icon Schwægr. ad unguem cum individuis Mediolanensibus convenit, nervo excepto, qui in planta Schwægrichenii per totum folium excurrit. An hæc tantum pendeant a localitate diversa vel ab ætate, an plantæ nostræ et illæ Schwægrichenii propiam constituant speciem pro tempore statuere non valemus.

pag. 34.

Bryum roseum. *Schreb.* adde.

Bals. et *De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. III, n.* 43.

pag. 35.

Bryum ligulatum. *Schreb.* adde.

Bals. et *De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. III, n.* 44.

pag. 39.

Bryum cuspidatum. *Schreb.* adde.

Bals. et *De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. III, n.* 45.

pag. 57.

Hypnum complanatum. *L.* adde.

Bals. et *De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. III, n.* 46.

pag. 66.

Hypnum tenellum. *Dicks.* adde.

Bals. et *De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. III, n.* 47.

pag. 109.

Hypnum polyanthos. *Schreb.* adde.

Bals. et *De Not. musc. Mediol. exsicc. fasc. III, n.* 48.

INDEX

SYNONIMA CURSIVIS LITTERIS TRADUNTUR.

Prezzo { italiane . lire 5 00
austriache . ,, 5 75 }